HARVARD UNIVERSITY
ARNOLD ARBORETUM
PRESENTED BY CHARLES SPRAGUE SARGENT
1892

Oswald Weigel
Antiquariat & Auctions-Institut
Leipzig, Königsstr. 1.

Zum Andenken

an

meinen werthen Freund

J. Freudenburg Medic. Doct:

CAROLI A LINNÉ

EQVITIS AVR. DE STELLA POLARI
ARCHIATRI REGII MED. ET BOTAN. PROF. VPSAL
ACAD. PARIS. VPSAL. HOLM. PETROPOL. BEROL. IMPER
LOND. ANGL. MONSP. TOLOS. FLOR. EDINB. BERN. SOC

MATERIA MEDICA

PER

REGNA TRIA NATVRAE

SECVNDVM

GENERA DIFFERENTIAS SYNONYMA
LOCA DVRATIONES CVLTVRAS
NOMINA SIMPLICIA PRÆPARATA
QVALITATES MODOS POTENTIAS
VIRES VSVS COMPOSITA

DIGESTA

EDITIO ALTERA AVCTIOR

CURANTE

IO. CHRISTIANO DAN. SCHREBERO

SER. MARGGR. BRAND. ONOLD. ET CVLMB. A CONSIL
AVL. MED. ET PHIL. D. ET PROF. IN ACADEMIA ERLANG

LIPSIAE ET ERLANGAE

APVD WOLFGANG. WALTHERVM

cIↄIↄ CCLXXII

PRÆFATIO
EDITIONI PRIORI
MATERIÆ MEDICÆ
REGNI VEGETABILIS
PRÆMISSA.

OPUSCULUM hoc de MATERIA MEDICA in gratiam Diſcipulorum, Studioſorum Upſalienſium, conſcripſi hoc tempore, quo Academiam noſtram regit Cancellarius vere auguſtus, Princeps Sereniſſimus ADOLPHUS FRIDERICUS, quando jam Docentes, mutua quaſi æmulatione inter ſe certabant de Scientiis in clariorem lucem exponendis. Curavi ut evaderet liber mole parvus, nec foret oneri diſcentibus, heic etiam ſufficit pauca, ſed certa noſſe, ut firmo dein fundamento vaſtiſſimam eruditionis molem ſuperſtruant tandem maturi Practici, inſtitutis obſervationibus propriis ſelectiſſimis. Sciant autem eruditi Medici, me minime heic ipſis ſcripſiſſe; tanta enim hodierna medicina ſuperbit virium medicinalium copia, ut non arcto libello capiatur, ſed potius proprio pondere ruat.

SIMPLICIA tantum heic promo, ex quibus compoſita dein conficienda et dijudicanda ſunt. Quis enim de compoſitis judicium ferret, qui ignarus eſſet Simplicium proprietatum? Sunt Simplicia deſumta e triplici Naturæ Regno: e Lapideo, Vegetabili et Animali; heic VEGETABILIA tantum depromſi, quæ maximam conſtituunt Materiæ Medicæ partem, alii

 tem-

tempori reſervans cetcra, cum debeant ſingula Naturæ Regna propria methodo proponi.*)

SUECICA OFFICINALIA tantum in hoc opus introduxi, cum inſtruerem Alumnos olim futuros per Sveciam Medicos, adeoque plantas vix alias, quam quas PHARMACOPOEA HOLMENSIS (*Medicinal Ordningar. Stockh.* 1742. *oct. pag.* 90.) jubet, aſſumſi, & eas quidem omnes nulla excluſa, quamvis multæ & excludi poſſent & deberent.

INUSITATAS tamen nonnullas, viribus eximias & quibus commode carere nequeunt ingenioſi Medici, non potui non addere, quarum tamen catalogum heic ſiſtam, ne Pharmacopolas ſollicitent juvenes Medici de plantis, quas colligere & aſſervare, ex Conſtitutionibus regiis, nondum tenentur; ſunt hæ:

INDIGENÆ.		HORTENSES.		EXOTICÆ.	
Rad.	*Britannic.*	Rad.	*Lapath. ſangu.*	Rad.	*Alcann. ver.*
	Actææ.	Herb.	*Ammi veter.*		*Ginſeng.*
	Barb. Hirci.		*Camphoratæ.*		*Senegæ.*
	Bolet. Cervin.		*Coridis.*	Lig.	*Caſſines.*
	Eupatorii.		*Lauroceraſi.*		*Ebeni.*
	Salep.		*Meliſſæ.*		*Pavanæ.*
	Telephii.		*Scroph. aquat.*		*Profluv.*
Stip.	*Dulcamar.*	Bacc.	*Belladonæ.*	Cort.	*Simarub.*
Herb.	*Cotulæ.*			Herb.	*Auricular.*
	Lamii.				*Acmellæ.*
	Lini cathart.				*Fung. Melit.*
	Linnææ.				*Peraguæ.*
					Myrt.

*) Prodierunt deinde ſub diſſertationum academicarum forma:
Materia medica e regno animali. 1750. recuſa in *Amœnit. acad.* Vol. II. p. 307.
Materia medica lapidea. 1752. recuſa in *Amœnit. acad.* Vol. III. p. 132.

Myrt. Brabant.
Muſc. Cumatil.
Canini.
Erecti.
Islandici.
Pyxidati.
Pedicularis.
Vulvariæ.
Uvæ urſi.
Xanthii.
Bacc. *Norlandicæ.*
Vitis idææ.
Sem. *Daturæ.*
Fagopyri.
Fruct. *Fagaræ.*
Nucul. Sapon.
Pimentæ.
Oryzæ.
Succ. *Hypociſtid.*
Sojæ.
Sagu.
Vernicis.

METHODO in ſingulis Plantis uſus ſum conformi, eaque compendioſiſſima, plantam unamquamque *Octo lineis* complectens, ordine eodem ſemper poſitis; ſcilicet

Nomen. 1.	*Qualitas.* 5.
Synonymon. 2.	*Vis.* 6.
Locus. 3.	*Uſus.* 7.
Pharmaceuticum. 4.	*Compoſitum.* 8.

SPECIES reduxi ad recepta a me Genera & Claſſes, ut certius innoteſcerent Botanicis Plantæ. DIFFERENTIAM, qua Species a Congeneribus diſtinguitur, ſedulo adjeci, FLORAM SUECICAM de plantis Indigenis ſemper allegavi, ut Lectori Nomina vernacula, ſimulque Loca indicaret, ne ab Exteris regionibus indigenas plantas arceſſere cogantur Pharmacopœi Noſtrates. HORTUM UPSALIENSEM ſimiliter in ſubſidium vocare numquam intermiſi de plantis in Hortis noſtris naſcentibus, ut ex eo innoteſceret Pharmacopœis, quas plantas noſtrum Solum facilius aut difficilius ferat, ne aut fruſtra re-

 petant

petant multoties a nobis inſtituta experimenta, aut ab exteris oris arceſſant, quæ in noſtris æque facile ac exterorum germinant Hortis.

DUBIAS, in Specierum determinatione occupatus, miratus ſum dari adhuc plurimas, in Officinis pharmaceuticis tritiſſimas & quandoque a ſeculo nati Salvatoris uſitatiſſimas; hæ in tanta Botanices luce, quæ hodie eſt, deſtituuntur Deſcriptionibus & Figuris aptis, ut circa has ideo cæcutiamus ſæpe ſereno die. Ne autem quis mihi objiciat, quod ſpecies dubias feſtinanter nimis determinaverim, en Catalogum earum, quas hæſitans adpoſui, ut ſi cui Botanico in poſterum aliquas ex hiſce inſpicere contingat in loco, ubi colliguntur pro officinis, de iis ſollicite inquirat, qua fide nobis innotuerint.

Rad. *Behen rub.*
Contrajerv.
Coſti.
Galangæ.
Hermodact.
Jalapæ.
Ipecacuanh.
Ninſi.
Parejrebrav.
Schœnanthi.
Zedoariæ.

Lign. *Aloe.*
Aſpalath.
Baſilienſ.
Fernambuc.
Ebenum.
Nephrit.
Rhodium.

Cort. *Canell. alb.*
Simarubæ.
Thymiamat.

Herb. *Spicæ ind.*

Sem. *Aniſ. Stellat.*
Amomi.
Coculi.
Cinæ.
Cubebæ.
Dauci cret.
Myrob. indic.
Bellir.
Chebul.
Citrin.
Paradiſi.

Succ. *Ammoniacum.*
Animi.
Bdellium.
Benzoe.
Balſ. Mecha.
Peruv.
Tolu.
Caranna.
Elemi.
Galbanum.
Myrrha.
Olibanum.
Opopanax.
Sagapenum.
Styrax liqu.
Sang. Dracon.
Tacamahaca.
Rhus.

SYNO-

SYNONYMON unicum in ſingulis plantis mihi pro compendio ſatis erit, quod præcipue a *C. Bauhini pinace* mutuatus ſum, unde reliqua deſumi & evolvi poſſunt in plantis Europæis; at in Exoticis & Indicis ſelectiſſimum quoddam adduxi ab *Horto Malabarico* aut *Plukenetio* vel alio deſumtum, ut eo certius innoteſceret planta: ubi vero *Dubium* de planta fuit, plerumque ſignum (?) dubitationis adjeci.

NATALIA loca cujuscunque plantæ indicavi, ut conſtet unde ſingulæ arceſſantur, quæ notitia maxime Pharmacopolis neceſſaria eſt. Cum autem Plantæ Suecicæ indigenæ etiam in adjacentibus regionibus proveniant, ut evitarem plura verba, *Europam noſtram* ſeptentrionalem adpoſui, quod plantam Suecicam indicat. Ad finem Lineæ Tertiæ uno alterove vocabulo *Culturam* pharmacopœis monſtravi.

Vulgares dixi, quæ ſponte apud nos creſcunt.

Cicures vero Exoticas, quæ ſemel in Hortos noſtros introductæ, facile per ſe ſubſiſtunt ex Annuo ſemine vel Perenni radice.

Manſuetas autem, quæ more Animalium manſuetorum apud nos pulchre degunt, modo per hyemem tecta ſubeant vel parum a gelu defendantur.

Feras nominavi eas, quæ Ferarum inſtar toto anno intra clauſtra Caldarii coërcendæ & cuſtodiendæ ſunt, ne aufugiant pereantve, quales vix Fructum noſtro ſub climate ferunt.

Peregrinas dixi plantas, quæ Europæis Hortis vix unquam innotuere, adeoque e Peregrinis terris arceſſendæ.

Durationem, ut Cultura eo clarius innoteſceret, unico verbo adjeci.

Semeſtris.	*Fruticulus.*
Annua.	*Frutex.*
Biennis.	*Arbuſcula.*
Perennis.	*Arbor.*

PHARMACOPOEORUM Nomina, ſæpius licet abſurda, ſancte ſervavi, utpote complurium ſeculorum auctoritate, ratione legibusque exemta.

Simplicia, quæ ex ſingulis plantis deſumuntur, ſecundum modum naſcendi indicavi.

Radix.	*Succus.*
Lignum.	*Flos.*
Cortex.	*Fructus.*
Folia.	*Semina.*

Præparata partibus immiſcui, ea tamen lege, ut præparatum ſemper ſequatur partem ex qua præparatur, ut ſi e. gr. oleum adſit, intelligatur iſtud præparari ex parte proxime antegreſſa; ſunt præparata hæc

Aquæ deſtillatæ.	*Conſerva.*
Oleum Stillatitium.	*Syrupus.*
Oleum Empyreumat.	*Rob.*
Oleum Coctum.	*Conditum.*
Oleum Expreſſum.	*Confectio.*
Spiritus.	
Eſſentia.	
Extractum.	
Sal.	

QUALITATES ſunt Senſibus externis evidentia attributa. *Odor* a Naribus determinatur & Volatilia indicat. *Sapor* a Lingua percipitur & aquæ Solubilia manifeſtat. *Superficies* Oculis plerumque dignoſcitur, & Colores, Conſiſtentiam, aliaque determinat.

SAPO-

SAPORE:	*Fatua,*	*Inſipida,*	*Aquoſa, Herbacea;*
	Oleracea,	*Mucilaginoſa,*	*Pinguia, Dulcia;*
	Aromatica,	*Acria,*	*Pungentia;*
	Calida,	*Fervida,*	*Ignea, Urentia;*
	Salſa,	*Acida,*	*Auſtera, Styptica;*
	Amara,		
ODORE:	*Inodora,*	*Fragrantia,*	*Suaveolentia.*
	Ambroſiaca,	*Hircoſa,*	*Graveolentia.*
	Fœtida,	*Tetra.*	*Nauſeoſa.*
SUPERF.	*Colorata:*	vario colore,	*Tinctoria.*
	Oſſea,	*Friabilia,*	*Poroſa, Lacteſcentia.*
	Tenacia,	*Glutinoſa,*	*Spumeſcentia,*
	Gummoſa,	*Reſinoſa,*	*Gummoſo-Reſinoſa.*

Fidem, quam ſingulis ſimplicibus adhibent Medici hodierni, interdum uno alterove vocabulo indicavi.

POTENTIAM agendi itidem in Quinta Linea adpoſui.

Dubia, *Infida*, *Præſtantia*,
Eximia, *Heroica*, *Cauta.*

MODUM præſcribendi ſæpius omiſi, rarius addidi:

Externa, *Pretioſa*, *Culinaria.*

FREQUENTIAM præſcribendi hodie præſertim apud noſtrates:

Rariora, *Frequentia*, *Trita*, *Uſitata*,
Inſueta, *Infrequentia*, *Exoleta.*

VIRES in Sexta Linea habentur, quæ theoreticam actionem medicamentorum docent; Sunt hæc, ſi paucas excipias, ſæpe mere ſpeculativa; hinc parcus in his fui. Ne termini hi artes numero oneri eſſent tyronibus, in proximis paginis methodice eos diſpoſui ſub ſequentibus claſſibus:

Evacuantia, *Alterantia*,
Muſcularia, *Nervina*,
Viſceralia, *Topica.*

USUS

USUS in ſeptima Linea allegavi, ſed parcus in his fui; potuiſſem facile hic corraſiſſe immanem copiam Medicamentorum, ſed præſtat hic pauca noſſe quam multa; hujus enim oneri dudum ſuccubuit Medicina, nec formulis reſtituenda; proinde in gratiam Tyronum non alios uſus produxi, quam quos multis experimentis probarunt Auctores, vel quos ipſe ſufficienti experientia edoctus, fidos reperi; examinavi enim, præſertim olim Noſocomiis claſſis navalis præfectus Medicus, Simplicia, quotquot licuit, omnia, & infida atro carbone, Tuta albo calculo notavi. Nihilominus interdum coactus & anceps ſignum *Dubitationis* (?) adpoſui; at ubi maxime de medicamento ſpecifico convictus, ſignum *Exclamationis* (!) addidi.

COMPOSITA pauca allegavi, cum mihi de compoſitis plerisque ſit peculiaris ſententia; qui velit plura compoſita eaque receptiſſima ſingulis plantis inſerere, poterit hoc facile ſupplere e Commelino vel alio. Collega meus, Clariſſ. D. D. N. ROSÉN, Archiater Regius, incepit laborantibus Compoſitis medicas manus addere, abſolvere non dum ipſi licuit obruto majoris momenti negotiis; optaveram Ejus ſelectas Formulas alegaſſe, ſi prius prodiiſſent, ſed addant auditores poſt hac, dum prodeunt, ut conjungant conjungenda.

HÆC abſolvi, Diſcipuli dilectiſſimi, unice ut vobis inſervirem.

Dabam UPSALIÆ 1749.
d. 28. *Januarii.*

LE-

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

IO. CHRIST. DAN. SCHREBERUS.

*Cum materia medica perilluſtr. a Linné, libro ad cognoſcenda medicamenta ſimplicia apprime utili, officinæ librariæ jam per plures annos carerent, neque ab excellentiſſimo auctore nova exſpectanda videretur editio; Waltherus noſter, ubi a multis eum deſiderari animadverterat, conſilium cepit illius typis repetendi, atque ut editionis curam ſuſciperem rogavit. Difficilem fore intellexi, ſiquidem in illo aliqua erant emendanda, quædam illi addenda; quæ omnia ad mentem auctoris efficere maxime videbatur arduum. Cedendum autem erat et Waltheri precibus et auditorum ſollicitationibus; neque ſpes certa deerat editionem quæ noviſſimas celeberrimi auctoris de rebus unde medicamenta ſumuntur contineret ſententias, aliis quoque materiæ medicæ cultoribus et gratam fore et utilem, quamvis poſt perilluſtr. a Linné non defuerint, qui ſimplicium medicamentorum notitiam quam accuratiſſime tradiderint, inter quos viri ill. Rud. Aug. Vogelius *) et Io. Gottl. Gleditſchius **) eminent.*

Impe-

*) In Hiſtoria materiæ medicæ. Lugd. bat. 1758. Bamb. 1764.

**) *In libro:* Verzeichniſs der gewöhnlichſten arzneygewächſe, ihrer Theile und rohen producte, welche in den gröſſten teutſchen apotheken gefunden werden. Berol. 1769. 8.

Impetrata igitur ab excellentiſſimo auctore, præceptore ſumma obſervantia colendo, venia, prelo illum denuo ſubjiciendi; et de præcipuis ad quæ in eo recenſendo attendendum eſſet momentis, admonitus, pro quibus beneficiis animum ipſi profiteor quam gratiſſimum; regno vegetabili, quod in priori editione ſolum prodierat, duo reliqua ſecundum noviſſimam ſyſtematis naturæ editionem in alium ordinem redacta, adjunxi; illud vegetabilibus, in pharmacopoliis nondum venalibus, ſed a perilluſtr. auctore dignis quæ inter medicamenta vulgo venalia referantur habitis, auxi; nomina tam generum quam ſpecierum ex Sp. plantarum, Syſtemate naturæ et Mantiſſis correxi, additis ubique harum nominibus trivialibus; loca natalia, ubi plura, vel certiora inveni, indicavi; qualitates, vires uſusque plures adduxi, ex tamen adhibita cautione, ne quid propria auctoritate, quod a celeberrimo libri auctore non profectum eſſe cenſeretur, admiſcerem.

Fontes, e quibus hauſi, ſunt perilluſtr. a Linné opera, quæ poſt editam materiam medicam prodierunt; inprimis Syſtema naturæ, Genera et Species plantarum harumque Mantiſſa utraque; Amœnitates academicæ, et Clavis medicinæ; tum ejus in materiam medicam prælectiones, quarum a variis amicis omni diligentia calamo exceptarum copia mihi fuit. Scripſi Erlangæ d. XIII. *April.* CIƆIƆCCLXXII.

AUCTO-

AUCTORES

PRIMARII ET USITATISSIMI.

1. DIOSCORIDES Pedacius, *Anazarbeo-Siculus.*
   Libri IV. de Materia Medica.
   Scripta Neronis ætate. Prodiit variis locis. Experta.

2. SCHROEDERUS Iohannes. *Medicus Francof.*
   Pharmacopœia medico chymica.
   Ulm. 1641. *qu.*
3. PAULI Simon. *Medicus Regis Daniæ.*
   Quadripartitum Botanicum.
   Argentorati 1667. *quart. p.* 660. Compilata.

4. KOENIG Emanuel. *Medicus Baſileenſis.*
   Regnum Vegetabile.
   Baſileæ 1688. *quart. pars* 1. *p.* 166.
   Baſileæ 1696. *quart. pars* 2. *p.* 271. Compilata.

5. RAJUS Johannes. *Theologus Cantabrigienſis.*
   Hiſtoria Plantarum.
   Londini 1686. *fol. p.* 1940. Conquiſita.

6. DALEUS Samuel. *Medicus Anglus.*
   Pharmacologia.
   Lugd. bat. 1739. *quart. p.* 459. Botanica.

7. POMET Petr.
   Hiſtoire générale des Drogues.
   Pariſ. 1694. *fol.*

8. VALENTINI Mich. Bernh. *Prof. Med. Gieſſ.*
   Muſeum Muſeorum.
   Francof. 1704. *Tom. I.* 1714. *tom. II. III. fol.*

9. TOURNEFORT Joſeph. Pitt *Prof. Bot. Pariſ.*
   Hiſtoire des Plantes des environs de Paris.
   Pariſ 1698. *oct. p.* 545. Chemica.

10. HERMANNUS Paulus. *Prof. Bot. Leydenſ.*
    Cynoſura Materiæ Medicæ.
    Argentor. 1726. *quart. p.* 728. *per* J. BOECLER. Limata.

11. CHOMEL Joh. Baptiſt. *Medic. Pariſin. S. R. P.*
Abrégé des Plantes uſuelles.
Pariſ. 1715. *duod. Vol.* 2.
Supplement.
Pariſ. 1730. *duod.*

12. ZORN Barthol. *Med. Doct.*
Botanologia Medica.
Berolini 1714. *quart. Germanice.* Compilatiſſima.

13. BUCHWALD Johannes. *Prof. Med. Haffn.*
Specimen Medico-Practico-Botanicum.
Haffniæ 1721. *octav.*

14. BOECLERUS Johannes. *Prof. Bot. & Chem. Argent.*
Cynoſuræ Materiæ Medicæ (7) Continuatio.
Argent. 1731. *quart.* Limata.

15. BOERHAAVIUS Herm. *Prof. Bot. Leydenſis.*
Hiſtoria Plantarum.
Londini 1731. *oct.* Conquiſita.

16. GESNERUS Joh. Alb. *Archiater Wirtemb.*
Pharmacopœa Wirtembergica.
Stutgard. 1741. *fol.* 1772. *fol.* Nitida.

17. GEOFFROY (Godofredus) Steph. Franc. *Prof. Mat. Med. Pariſ.*
Tractatus de Materia Medica. Vol. 2. 3.
Pariſ. 1741. *oct.* Elaborata.

18. *ab* HALLER Albert. *Soc. R. Gotting. Præſes.*
Stirpes Helvetiæ.
Götting. 1742. *fol. Bernæ* 1768. *fol.* Selecta.

19. RUMPHIUS Ge. Eberh. *Mercator et Conſil. Amboin.*
Herbarium Amboinenſe.
Amſtelod. 1741–1751. *fol. vol.* 7.

CA-

CANONES.

1. Non poſt Rationem MEDICINA inventa fuit, ſed poſt inventam Medicinam RATIO quæſita eſt. *Celſ.*

2. Duo in MEDICINA FULCRA ſunt: Ratio & Experientia; *Experientia* præcedit, *Ratio* ſequitur; hinc Rationes in rebus medicis Experientia non conditæ, nihil valent. *Hoffm.*

3. Mallem famoſo EMPIRICO, quam ſubtili Mechanico, ſalutem meam committere. *Goelik.*

4. BARBARI plus ad augmentum Medicaminum contulerunt, quam omnium ætatum ſcholæ. *Brunn.*

5. Serio ſuadeo Medicinæ Candidatis, EUPORISTA magnopere ſibi commendata habeant. *S. Paull.*

6. Qui & multa & UTILIA ſcit, ille ſapit. *Contra Æſculap.*

7. PAUCIS utatur Medicus Remediis, iisque Selectis *Trit.*

8. SELECTA ſunt, quæ Medicum Nobilitant.

9. Qui poteſt mederi SIMPLICIBUS, doloſe & fruſtra quærit compoſita. *Villanov.*

10. Qui longas remediorum FORMULAS præſcribit, aut dolo peccat aut ignorantia. *Trit.*

11. Qui miſcet CONTRARIA, ægrum, pharmacopœum, & ſe ipſum peſſundat.

12. Plurima medicamenta elaboravit CHEMIA, ſed nulla detexit.

13. Medicus NOTITIA PLANTÆ deſtitutus, de viribus eiuſdem nunquam juſte judicavit.

14. Syſtemate, Qualitate & Experientia eruitur omnis USUS plantarum.

15. Regnum VEGETABILE præſtantiſſima, LAPIDEUM duriſſima, ANIMALE pauciſſima producit Medicamina.

15. Re-

16. ESCULENTA conſervant, VENENA reſtituunt ſanitatem.

17. Alimenta a Toxicis, uti Medicamenta a Venenis, non Natura ſed DOSIS diſtinguit.

18. Omne NIMIUM, quamvis optimum, Naturæ inimicum eſt.

19. ADSUETA conſervant, MUTATA frangunt Naturam.

20. CONTRARIA contrariis & MORBI MORBIS curantur.

21. Tituli REMEDIA, Pyxides Venena habent. *Agripp.*

22. Medicamentis uti, niſi in vehementibus malis, SUPERVACANEUM eſt. *Celſ.*

23. Medicamenta HEROICA, in manu imperiti, ſunt uti gladius in dextra furioſi. *Trit.*

24. Ubi UNICA VIA ſalutis, ea licet cum periculo eſt tentanda.

25. Satius eſt ANCEPS experiri remedium, quam nullum.

26. Quos Ratio non curavit, ſæpe curavit TEMERITAS. *Celſ.*

27. Jus vitæ ſui ipſius MEDICO ſapienti tradat æger.

28. Natura arte adjuta, interdum facit MIRACULA.

29. Falix eſt iſte pulvis, qui venit TEMPORE Criſeos.

30. NATURA repugnante, Medicina nihil proficit. *Celſ.*

31. PRUDENTIS eſt MEDICI, eum, qui ſervari nequit, non attingere, ne videatur occidiſſe, quem ipſius ſors interemit. *Celſ.*

PON-

PONDERA.

Gr. Granum	1. - - -	GUTTA ſæpe æqualis grano.
℈. SCRUPULUS	20. - - -	*Grana* 20.
ʒ. DRACHMA	60. 3. - -	*Scrupuli* 3.
℥. UNCIA	480. 24. 8. -	*Drachmæ* 8.
℔ LIBRA	5760. 280. 96. 12. 1.	*Unciæ* 12.
	Gr. ℈. ʒ. ℥. ℔.	
P. PUGILLUS	quod 3 digitis capitur.	*Drachma* 1.
M. MANIPULUS	quod manu comprehend.	*Pugilli* 4 ſ. ℥ß.
F. FASCICULUS	- - -	*Manipuli* 12.
Ch. COCHLEARE	- -	*Uncia* 1.
Q. MENSURÆ	Quadrans - -	*Libra* 1.

SIGNA

A NOBIS USITATA.

▽. AQUA deſtillata.

⎍. SPIRITUS.

(O). OLEUM expreſſum.

◎. OLEUM coctum.

°°°. OLEUM ſtillatitium.

°°°. OLEUM empyreumaticum.

℞. TINCTURA.

ǂ. PULVIS.

** TER-

TERMINI.

Radices V. APERIENTES majores.

Apii, *Petroſelini*, *Fœniculi*, *Ruſci*, *Aſparagi.*

Radices V. APERIENTES minores.

Rubiæ, *Graminis*, *Ononidis*, *Eryngii*, *Capparidis.*

Herbæ V. EMOLLIENTES.

Althææ, *Mercurialis*, *Parietariæ*, *Brancæ urſi*, *Betæ.*

Herbæ V. CAPILLARES.

Capill. veneris, *Scolopendrii*, *Ceterach*, *Trichomanis*, *Rutæ murar.*

Flores IV. CORDIALES.

Borraginis, *Bugloſſæ*, *Roſæ*, *Violæ.*

Semina IV. CALIDA majora.

Carvi, *Cymini*, *Aniſi*, *Fœniculi.*

Semina IV. CALIDA minora.

Ammios ver., *Amomi ver.*, *Apii*, *Dauci ſylv.*

Semina IV. FRIGIDA majora.

Cucurbitæ, *Citrulli*, *Melonis*, *Cucumeris.*

Semina IV. FRIGIDA minora.

Lactucæ, *Cichorei*, *Endiviæ*, *Portulacæ.*

DO-

DOSES.

Agarici - - - - - ʒj.
Decoct. - - - ʒjv.
Extract. - - ℈ij.
Aloës *Subſtantia* - ℈j.
Extractum - - ℈ß.
Aſari ℥ *groſſ.* ℈ij. *tenuiſſ.* ʒij.
Extractum - - ℈ß.
Fol. Subſt. N vj. *inf.* N viij.
Bryoniæ *Rad.* ʒij. *Decoct.* ℥j.
Carthami *Semina* - ʒj.
Caſſiæ *Pulpa* - - ℥j.
Colocynthis *Extract.* Grjv.
Croci *Subſtant.* - ℈j.
Tinctur. - ʒß.
Extract. - - ʒß.
Cucum. aſinin. *Rad.* ℈j.
Elaterii *Extract.* - ℈j.
Reſina - Gr. ij.
Ebuli *Cortex* - - ʒj.
Semina - - ʒj.
Eſulæ *Cortex* - Grjv.
Euphorbium - Grjv.
Fumariæ *Succus* - ℥j.
Gnidii *Grana* - Grjv.
Gratiolæ *Pulvis* - ℈ij.
Succ. inſp. ʒß.

Guttæ *Gum.* - Grxvij
Sulphur. Grvj.
Hellebor. nigr. *Rad.* ℈j.
Decoct. ʒiij.
Extract. ℈ß.
Hermodactylus - ʒij.
Jalapæ *Radix.* - - ℈ij.
infuſ. ▽. ʒij. ⎍. ʒj.
Eſſentia. - - ℈v.
Reſina - - - ℈ß.
Extract. - - - ℈j.
Ipecacuanh. *Pulv.* - ℈j.
Decoctum - - ℈jv.
Ireos *Rad. Succ.* - ℥j.
Juglandis *ament.* Gr. jv.
Mannæ - - ℥jß.
Mechoacan. *Rad.* - ʒij.
Myrobalan. ſubſt. - ℥j.
Decoct. - - ℥ij.
Opopanax. - ʒß.
Opium *crudum* - Grj.
Extract. - - Gr. v.
Tinctura - ℈ß.
Laud. liqu. - ℈ß.
Papaver. *Diacodium.* ℥j.
Rhæadis *Tinct.* ʒij.

Polypodium -	℥jß.	Spinæ cervin. *Bacc.*	ʒij.
Rhabarb. *Radix* -	ʒj.	*Syrup.* - -	℥j.
Eſſentia -	ʒj.	Tabaci *Extract.*	Grij.
Extract. -	℈j.	Tamarind. *pulp.* -	℥ß.
Ricini *Semina* -	Grjv.	*Decoct.* -	℥iij.
Roſarum ſolut. *ſyrup.*	℥jß.	Turbit - -	ʒj.
Sagapenum -	℥ß.	Confect. Hamech.	ʒjv.
Scammon. *crud.*	Gr. viij.	*Elect.* Lenitiv. .	℥j.
Diacryd.	℈ß.	Diaphœn.	ʒjv.
Reſina	℈ß.	*Extr.* Panchym. -	℈ß.
Senna *Subſtant.*	ʒj.	*Pil.* Cochiæ - -	ʒß.
Decoct. - -	℥ß.	*Pulv.* Cornach. -	℈j.
Extract. -	℈jß.	*Syr.* Cichor. c. rheo.	℥j.
Soldanella *ſubſt.* -	ʒij.	*Troch.* Alhand. -	Grjv.

SIMPLICIA.

RADICES primo vere eradicandæ, antequam folia germinant, conſcindendæ in taleos, ſiccandæ in umbra.

LIGNA colligenda tempore hyemali, findenda mox.

STIPITES dicuntur rami arborum, qui colligendi tempore vernali, dum folia incipiunt erumpere.

TURIONES ſunt novelli caules, vel rami, qui nondum folia protulere, colligendi antequam indureſcant.

CORTICES tempore vernali deſumendi, dum facillime a ligno ſecedunt aut hyeme.

HERBAE colligendæ quando incipiant florere, mox exſiccandæ in umbra ſuſpenſæ.

FOLIA legenda poſtquam diffloruit, ſed antequam ſemina maturavit planta.

FLORES colligendi quamprimum dehiſcere incipiunt, ante caſum pollinis antherarum.

Depurgati flores deſumuntur absque calyce & piſtillo, ſola Corolla ſervata.

ANTHERÆ colligendæ antequam pollinem dimittant.

FRUCTUS legendi dum pericarpia ſponte ſeſe aperire incipiant.

SEMINA colligenda dum ſponte a planta ſecedant. Semina valent quamdiu aquæ immiſſa fundum petunt; natantia vero rejicienda, pauciſſimis exceptis.

SUCCI ſua ſponte vel arte adjuti exſtillant.

GUMMI ſolvitur ▽, non 🜅;
igne & liqueſcit aut flagrat.

RESINA ſolvitur 🜅, non ▽;
igne & liqueſcit & flagrat.

GUMMI RESINA ſolvitur 🜊, partim ▽, partim 🜅.

EXPRESSI SUCCI, lento igne inſpiſſentur, antequam aſſervantur.

PRÆ-

PRÆPARATA.

AQUA. Plantæ (abſque prævia fermentatione) cum Aqua fontana deſtillantur e veſica cuprea per alembicum ſtanno obductum.

SPIRITVS. Plantæ uti Aqua deſtillantur.

FERMENTATUS. Plantis contuſis affundatur parum aquæ calentis, addito fermento; ſtent in vaſe patulo loco calido, ad juſtam fermentationem, deſtillentur.

VINOSI deſtillentur ut prius, vino loco aquæ, abſque fermentatione.

SPIRITU VINI forti fiat deſtillatio, uti vinoſi, qui ex plantis aromaticis fiunt.

OLEUM in Officinis quadruplex aſſervatur.

STILLATITIUM, Plantæ ſubſiccæ macerantur in aqua per triduum, addito parum ſalis deſtillantur more aquæ e veſica ad $\frac{2}{3}$ repleta, oleum dein ſupernatans ſeparetur. Vel ex ſpiritu fermentato, aqua debilitato, ſumatur.

EMPYREVMATICUM. Plantæ reſinoſæ deſtillantur per Retortam ſive per deſcenſum.

COCTUM. Herbæ macerantur in oleo expreſſo (olivarum), dein coquatur lente ad humidi conſumtionem, exprimatur, coletur.

EXPRESSUM. Semina contuſa, calefacta in ſartagine, agitata ne uſtulentur, excepta ſacculo lineo, ſubmiſſa prelo calido exprimantur.

SAL. CINERES. Plantæ recentes in Sartagine, lamina ferrea tecta, lente comburantur ad perfectos cineres.

FIXUM. Cineres extrahantur aqua fontana, aqua decantetur, filtretur, evaporetur ad ſiccitatem, parum calcinetur, ſolvatur aqua, coquatur ad pelliculam, cryſtalliſetur.

ESSENTIALE. Succus herbæ recentis filtretur, in vitro lente evaporetur ad $\frac{1}{3}$, reſiduum reponatur in olla, tectum oleo expreſſo, ſtet per octo menſes, ſal cryſtalliſatum ſeparetur, cito aqua frigida abluatur & leniter exſiccetur.

FIN.

TINCTURA AQUOSA. Speciebus ſiccis cum ſale affundatur tepida, digerantur in loco tepido, extrahet aqua colorem, ſaporem; decantetur.

SPIRITUOSA. Speciebus ſiccis affundatur Spiritus vini, ſtent in loco tepido, vaſe clauſo, extrahet colorem, ſaporem, odorem; decantetur, filtretur.

ESSENTIA eſt Tinctura ſpirituoſa magis ſaturata & minus pellucida.

ELIXIRIUM. Eſſentia maxime ſaturata ex variis diverſis mixtis; hinc maxime opaca.

EXTRACTUM AQUOSUM. Tinctura aquoſa plantæ evaporetur ad conſiſtentiam.

AQUOSO-SPIRITUOSUM. Plantæ ſiccæ digerantur in Spiritu vini, exprimatur, filtretur, ſervetur *Tinctura Spirituoſa.* Reſiduum aqua fontana digeratur, coquatur, filtretur, expreſſum aquoſum albumine clarificetur, ſervetur *Tinctura Aquoſa.*

Mixta Tinctura aquoſa & ſpirituoſa, lento igne evaporetur ad conſiſtentiam.

SYRUPUS. Plantarum ſucco aut infuſo ℔x. adde Sacchari albi ℔xj. f. unica ebullitione Syrupus.

ROB. Baccarum ſucci depurati ℔jv. Sacchari ℔j. coque in vaſe figulino ad mellis conſiſtentiam.

CONSERVA. Plantis recentibus inciſis, adde Sachari albi duplum, contuſo probe in mortario marmoreo, ſervetur in vitro.

CONDITUM. Radix ſ. Fructus carnoſus, maceretur tribus diebus, aqua quotidie renovata, coque in aqua, cocta, aqua frigida abluatur, affunde Saccharum ad conſiſtentiam Syrupi coctum.

CONFECTIO. Semina integra immittantur aheno confectorio, ſuper ignem collocato, affunde Sacchari clarificati cochlearia, moveatur ſupra ignem continuo.

Præparatio hæcce committitur plerumque Sacchari confectoribus.

COM-

COMPOSITA.

PULVIS. Herbæ ſiccæ comminutæ in farinam cribratam. Pulver.

ALCOHOL eſt Pulvis ſubtiliſſimus.

SIEF. Pulvis pro oculis. Augenpulver.

DENTIFRICIUM. Pulvis pro dentibus. Zahnpulver.

SUFFITUS. Pulvis groſſus ſpargendus ſupra prunas pro fumo. Räucherpulver.

SPECIES. Plantæ ſiccæ minutim conſciſſæ.

SACCULUS. Species & Pulveres fragantes, ſiccæ, mixtæ, in Sacculo applicatæ. Säcklein.

Cucupha. Sacculus pro capite. Kräutermütze.

EMPLASTRUM. Maſſa in magdaleones cylindricos formata, conſiſtentia in frigido ſolida, in calido liqueſcente, linteo inducenda, cui tenaciter adhærens, compoſita ex Cera, Sebo, Reſinis. Oleis, Pulveribus. Pflaſter.

UNGUENTUM. Emplaſtrum mellis conſiſtentia, pingve, calore liqueſcens, non tenaciter adhærens. Salbe.

LINIMENTUM. Unguentum olei conſiſtentia.

Collyrium Linimentum pro oculis.

CATAPLASMA. Puls cocta ex ſpeciebus & pulveribus in liquore, externe adplicanda. Umſchlag.

BOLUS. Maſſa conſiſtentia pultis denſioris ex Pulveribus, Syrupo aut Rob. Biſſen.

ELECTUARIUM. Maſſa conſiſtentia conſervæ, ex ſpeciebus ſ. Pulveribus, Syrupis. Lattwerge.

PILULA. Maſſa emplaſtri conſiſtentia, redacta in globulos, ut integri deglutiantur. Pillen.

SUPPOSITORIUM. Maſſa pilularis digiti figura, Recto introducenda. Stulzäpflein.

PESSUS. Suppoſitorium pro vagina uteri. Mutterzäpflein.

TRO-

COMPOSITA.

TROCHISCUS. Paſta orbicularis ſignata ex pulvere & mucilagine, in umbra ſiccata. Sternküchlein.

MORSULUS. Placenta rigida ex pulveribus et ſaccharo ad conſiſtentiam tabulati cocto, effuſa ſupra laminam. Morſelle.

ROTULA. Morſula ſubrotunda, (Succo ſæpe impraegnata), effuſa ſupra laminam in orbiculos.

EXPRESSIO. Succus expreſſus ex Plantis tenellis ſuccoſis vernalibus, frigide propinandus. Saft.

EMULSIO. Lac paratum per contuſionem ex Cotyledonibus cum aqua, modica expreſſione. Milch.

GUTTULA. Liquores ſpirituoſi, guttatim propinandi. Tropfen.

HAUSTUS. Potus ex variis aquis mixtis. Tränkchen.

JULEPUS. Hauſtus ex aquis, Syrupo & acido. Julep.

MIXTURA. Hauſtus ex aquis, Pulveribus & Saccharato. Mixtur.

INFUSUM. Species aquæ fervidæ inditæ, ut calida aqua absque ebullitione proprietatem extrahat. Thee.

DECOCTUM. Species aqua aut vino coctæ, ut liquor ebulliens extrahat proprietates. Decoct.

GARGARISMA. Decoctum aut hauſtus pro collutione faucium. Gurgelwaſſer.

ENEMA. Decoctum tepide injiciendum cavitati mediante Syringa.

Clyſma eſt enema per anum injiciendum. Clyſtir.

EPITHEMA. Decoctum corpore bibulo applicandum calide. Umſchlag.

BALNEUM. Decoctum calidum cum Herbis, pro corporis humectatione externa. Bad.

SEMICUPIUM. Balneum pro partibus pectore inferioribus. Halbbad.

PEDILUVIUM. Semicupium pro pedibus. Fußbad.

VAPOR. Halitus balnei ex olla per ſellam perforatam. Dampfbad.

V I R E S.

Qualitates ſ. Principia Vegetabilium vim & actionem ſuam exſerunt in corporis humani vel *Liquida*, vel *Solida*, vel ex Solidis Liquidisque compoſita *Viſcera.*

LIQUIDA vel evacuando vel alterando.

SOLIDA vel in fibras Nerveas vel Muſculares agendo.

SOLIDO LIQUIDA vel Internis vel Externis medendo.

MEDICAMENTA agunt vel in		*Claſſes.*	*Ordines.*
	Liquida	EVACUATORIA. e corpore extermi-nantia.	Purgantia. Borborygmica. Pellentia. Pituitoſa.
		ALTERANTIA. maſſam ſanguine-am emendantia.	Dyſcraſiva. Diathetica.
	Solida	NERVINA. in nervos agentia.	Orgaſtica. Convulſiva. Excitantia. Stupefacientia. Phantaſtica.
		MUSCULARIA. in muſculoſas fi-bras agentia.	Relaxantia. Corroborantia. Corrodentia.
	Solido Li-quida.	VISCERALIA. viſcera petentia.	Spirituoſa.Ślioſa. Mucaginoſa. Venerea.
		TOPICA. externe applica-bilia.	Conſolidantia. Diſcutientia. Arcentia.

EVACUANTIA

I. PURGANTIA.

evacuantia liquida intra tubum inteſtinalem contenta.

EMETICA. *Vomitoria.*

evacuant ventriculum per Oeſophagum.

DRASTICA.

evacuant inteſtina & ventriculum per anum violentiſſime.

CATHARTICA. *Purgantia.*

evacuant inteſtina per anum moderate.

ECCOPROTICA *Laxativa, Laxantia.*

evacuant inteſtina per anum debiliſſime.

II. BORBORYGMICA.

evacuantia flatus intra tubum inteſtinalem contentos.

FLATULENTA.

Flatibus abdomen diſtendunt.

RUCTATORIA.

Flatus per Oeſophagum expellunt.

CARMINATIVA.

Flatus per anum expellunt.

III. PELLENTIA.

evacuantia in Vaſis contenta per truncum.

DIAPHORETICA. *Perſpirantia.*

expellunt per Tranſpirationem.

SUDORIFERA.

expellunt per Sudorem.

DIURETICA.

expellunt Urinam.

EMMENAGOGA.

expellunt Menſtrua.

ABORTIVA.

expellunt Fœtum.

IV. PITUITOSA.

evacuantia ſecreta per caput.

ERRHINA. *Ptarmica.*

Mucum e naribus eliciunt.

SIALAGOGA. *Apophlegmatiſantia; Maſticatoria.*
Salivam ex Faucibus & ore eliciunt.

EXPECTORANTIA.
Screatum e Bronchiis eliciunt.

Claſſis II.

ALTERANTIA.

I. DYSCRASIACA.

alterantia humorum qualitatem acidam aut alcalinam.

ANTIPHLOGISTICA.
Putreſcentiam aquoſo diluunt.

REFRIGERANTIA.
Putredinem acido emendant.

BALSAMICA. *Abſtergentia.*
Putredini amaro reſiſtunt.

ANTACIDA.
Acido amaritie reſiſtunt.

ABSORBENTIA.
Acidum abſorbendo infringunt.

II. DIATHETICA.

alterantia humorum Conſiſtentiam & Miſcelam.

RESOLVENTIA.
Denſa attenuant.

INCIDENTIA. *Attenuantia.*
Viſcida attenuant.

MUNDIFICANTIA. *Diluentia 29. Aperientia.*
Impura lavant.

EDULCORANTIA.
Acria edulcorant.

DEMULCENTIA. *Temperantia.*
Acria frangunt,

OBTUNDENTIA.
Acria involvunt.

LUBRICANTIA. *Mucilaginoſa.*
Acria inviſcant.

INSPISSANTIA.
Tenuia combinant.

Claſ-

NERVINA.

1. ORGASTICA.

augentia Functiones vitales.

ALEXITERIA.

Halitum fragrantem reddunt.

STIMULANTIA.

Secretiones incitant.

CALEFACIENTIA.

Calorem adaugent.

NUTRIENTIA. *Alimentoſa.*

Corpus reſtaurant.

ANALEPTICA.

Vires inflant.

2. CONVULSIVA.

cauſſantia nervorum convulſiones.

TUSSICULOSA.

Pulmones convellunt.

SINGULTUOSA.

Cardiam convellunt.

STERNUTATORIA.

Diaphragma convellunt.

3. EXCITANTIA.

mutantia Mentem.

EXHILARANTIA.

Animum addunt.

INEBRIANTIA. *Fatuantia*, *Temulentantia*, *Phantaſtica.*

Judicium confundunt.

4. STUPEFACIENTIA.

Suffocantia oſcillationem.

PAREGORICA.

Orgaſmum ſedant.

ANODYNA. *Antiſpaſmodica.*

Dolorem mitigant.

NARCOTICA.

Mentem ſtupefaciunt.

HYPNOTICA. *Soporifera.*

Soporem inducunt.

MUSCULARIA.

1. RELAXANTIA.

Laxantia tonum Fibræ muſculoſæ.

HUMECTANTIA.

aquoſo relaxant.

EMOLLIENTIA.

oleoſo relaxant.

IMPINGUANTIA.

chyloſo relaxant.

2. CORROBORANTIA.

Firmantia tonum Fibræ muſculoſæ.

EXSICCANTIA.

Siccando corroborant.

TONICA. *Corroborantia.*

amaro firmant.

ADSTRINGENTIA. *Coriaria.*

Styptico depſant.

SOPHISTICANTIA.

Genitalia adſtringunt.

3. CORRODENTIA.

ABSTERGENTIA. *Saponacea.*

gluten fibrarum abſtergunt.

COSMETICA.

Superficiem fibrarum abradunt.

SEPTICA. *Inflammatoria. Cauſtica.*

Fibras inflammant.

VESICATORIA. *Excoriantia. Exurentia, Exulcerantia. Corroſiva.*

Fibras corrodunt.

Claſ-

Claſſis V.

VISCERALIA.

1. SPIRITUOSA.

Nervos excitantia.

CEPHALICA. *Nervina.*

Caput confortant.

CARDIACA. *Cordialia.*

Cor corroborant.

2. BILIOSA.

Bilem augentia.

HEPATICA.

Hepar petunt, bilem generant.

SPLENICA.

Splenem petunt? corroborant.

STOMACHICA.

Orexin excitant.

3. MUCAGINOSA.

Pulmones corroborantia lubricantiaque.

BECCHICA. *Thoracica.*

Muco acriuſculo pulmoni dicata.

4. VENEREA.

Geniturae faventia.

APHRODISIACA.

Venerem excitant.

UTERINA.

Fœtui favent.

LACTIFERA. *Galactophora.*

Lac adaugent.

TOPICA.

1. CONSOLIDANTIA.

Solutionem continui medicantia.

VULNERARIA. *Conſolidantia.*

Cnſolidant vulnera.

GLUTINANTIA.

Conglutinant citius vulnera.

MATURANTIA.

Pus movent.

DIGERENTIA. *Digeſtiva.*

Pus maturant.

SARCOTICA.

Carnem, peregrina auferendo, generant?

CATHÆRETICA

Hyperſarcoſin auferunt.

CICATRISANTIA. *Epulotica?*

Ulcera conſolidata ſiccant.

SISTENTIA. *Iſchæma.*

Sanguinem ſiſtunt.

2. DISCUTIENTIA.

Humores retundentia.

REPELLENTIA.

Materiem amandant.

LACTIFUGA.

Lac minuunt.

STERILITANTIA.

Imprægnationem præpediunt.

3. ARCENTIA.

Animalculis noxia.

ANTHELMINTHICA.

Vermes enecant.

EXANTHEMATICA. *Bezoartica.*

Acaros expellunt.

PHTHIRIACA.

Pediculos occidunt.

CONSPECTUS
MATERIÆ MEDICÆ.

REGNUM ANIMALE.

Claſſis I.

MAMMALIA.

PRIMATES.

Homo	1 ſapiens

BRUTA.

Elephas	2 maximus
Trichecus	3 Manatus

FERÆ.

Canis	4 familiaris
	5 Lupus
	6 Vulpes
Felis	7 Catus
Viverra	8 Zibetha
Urſus	9 Arctos
	10 Meles

GLIRES.

Lepus	11 timidus
Caſtor	12 Fiber
Mus	13 Muſculus

PECORA.

Moſchus	14 moſchiferus
Cervus	15 Alces
	16 Elaphus
	17 Tarandus
Capra	18 Hircus
Ovis	19 Aries
Bos	20 Taurus

BELLUÆ.

Equus	21 Caballus
Hippopot.	22 amphibius
Sus	23 Scrofa.

CETE.

Monodon	24 Monoceros
Balæna	25 Myſticetus
Phyſeter	26 macrocephalus

Claſſis II.

AVES.

PICÆ.

Corvus	27 Pica

ANSERES.

Anas	28 Anſer
	29 Boſchas

GRALLÆ.

Struthio	30 Camelus

GALLINÆ.

Pavo	31 criſtatus
Phaſianus	32 Gallus
Tetras	33 Perdix

PASSERES.

Columba	34 Oenas
Hirundo	35 urbica

Claſſis III.

AMPHIBIA.

REPTILIA.

Rana	36 temporaria
	37 Bufo
Lacerta	38 Stincus

SERPENTES.

Coluber	39 Vipera
	40 Natrix

NANTES.

Acipenſer 41 Huſo

Claſſis IV.

PISCES.

THORACICI.

Perca 42 fluviatilis

ABDOMINALES.

Eſox 43 Lucius
Cyprinus 44 Carpio

Claſſis V.

INSECTA.

COLEOPTERA.

Lucanus 45 Cervus
Meloë 46 veſicatorius

HEMIPTERA.

Coccus 47 Ilicis
48 Cacti

LEPIDOPTERA.

Phalæna 49 Mori

HYMENOPTERA.

Cynips 50 Roſæ
51 Quercus folii
Apis 52 mellifica
Formica 53 rufa

APTERA.

Aranea 54 domeſtica
Scorpio 55 europæus
Cancer 56 Pagurus
57 Aſtacus
Oniſcus 58 Aſellus

Claſſis VI.

VERMES.

INTESTINA.

Lumbricus 59 terreſtris
Hirudo 60 medicinalis

MOLLUSCA.

Sepia 61 officinalis
Oſtrea 62 edulis
Mytilus 63 margaritiferus
Helix 64 Pomatia
Dentalium 65 Entalis

LITHOPHYTA

Madrepora 66 oculata

ZOOPHYTA

Iſis 67 nobilis
Corallina 68 officinalis
Spongia 69 officinalis

REGNUM VEGETABILE.

Claſſis I.

MONANDRIA

MONOGYNIA

Amomum *1 Zingiber 1
2 Cardomomum 2
3 Gr. paradiſi 3
Coſtus 4 arabicus 4
Maranta 5 Galanga 6
Curcuma 6 longa 5
Kæmpferia 7 rotunda 7
Salicornia 8 herbacea 8

Claſ-

* *Series prior numerorum ad hanc editionem pertinet, poſterior prioris numeros indicat.*

Claſſis II.
DIANDRIA
MONOGYNIA

Jaſminum	9	officinale	9
Olea	10	europæa	10
Veronica	11	officinalis	11
	12	Beccabunga	12
Gratiola	13	officinalis	18
Verbena	14	officinalis	17
Monarda	15	fiſtuloſa	
Roſmarinus	16	officinalis	16
Salvia	17	officinalis	13
	18	Horminum	14
	19	Sclarea	15
Collinſonia	20	canadenſis	

TRIGYNIA

Piper	21	nigrum	19
	22	longum	20

Claſſis III.
TRIANDRIA
MONOGYNIA

Valeriana	23	officinalis	21
	24	Phu	22
	25	celtica	23
Tamarindus	26	indica	28
Crocus	27	ſativus	27
Iris	28	germanica	24
	29	florentina	24
	30	Pſeudo Acorus	25
	31	tuberoſa	26
Cyperus	32	longus	29
	33	rotundus	30

DIGYNIA

Saccharum	34	officinale	33
Phalaris	35	canarienſis	39
Panicum	36	miliaceum	34
Avena	37	ſativa	38
Hordeum	38	vulgare	35
Triticum	39	hybernum	36
	40	repens	37

Claſſis IV.
TETRANDRIA
MONOGYNIA

Scabioſa	41	Succiſa	41
	42	arvenſis	40
Santalum	192	album	183
Hedyotis	43	Auricularia	47
Aſperula	44	odorata	45
Galium	45	verum	46
Rubia	46	tinctorum	44
Penæa	47	Sarcocolla	48.
Plantago	48	major	49
	49	Pſyllium	50
Sanguiſorb.	50	officinalis	51
Fagara	51	Pterota	533
Trapa	52	natans	52
Dorſtenia	53	Contrajerva	53
Camphoroſma	54	monspeliaca	43
Alchemilla	55	vulgaris	54

DIGYNIA

Cuſcuta	56	europæa.	55

TETRAGYNIA

Ilex	57	Caſſine	56

Claſſis V.
PENTANDRIA
MONOGYNIA

Lithoſperm.	58	officinale	57
Anchuſa	59	officinalis	59
	60	tinctoria	58

Cynogloſſ.	61	officinale	60
Pulmonaria	62	officinalis	62
Symphyt.	63	officinale	61
Borago	64	officinalis	63
Primula	65	veris officinal.	64
Cyclamen	66	europæum	65
Menyanth.	67	trifoliata	66
Lyſimachia	68	Numularia	67
Anagallis	69	arvenſis	
Spigelia	70	Anthelmia	
Ophiorrhiz.	71	Mungos	79
Plumbago	72	europæa	75
Convolvul	73	Scammonia	82
	74	Mechoacanna	76
	75	Jalapa	84
	76	Turpethum	81
	77	Soldanella	83
Cinchona	78	officinalis	71
Coffea	79	arabica	70
Lonicera	80	Periclymen.	68
	81	Diervilla	
Coris	82	monſpelienſis	80
Verbaſcum	83	Thapſus	90
	84	nigrum	91
Datura	85	Metel	85
Hyoſcyam.	86	niger	86
Nicotiana	87	Tabacum	87
Atropa	88	Mandragora	88
	89	Belladonna	89
Phyſalis	90	Alkekengi	93
Solanum	91	Dulcamara	95
	92	nigrum	94
Capſicum	93	annuum	96
Strychnos	94	Nux vomica	77
	95	colubrina	78
Cordia	96	Myxa	171
Rhamnus	97	catharticus	72
	89	Frangula	73
	99	Zizyphus	74
Ceanothus	100	americanus	
Ribes	101	rubrum	99
	102	nigrum	100
Hedera	103	Helix	98
Vitis	104	vinifera	97
Lagœcia	105	Cuminoides	92
Vinca	106	minor	101
Nerium	107	antidyſenter.	102

DIGYNIA

Aſclepias	108	Vincetoxic.	103
Herniaria	109	glabra	104
Chenopod.	110	Bonus henr.	106
	111	rubrum	107
	112	Botrys	109
	113	anthelminth.	
	114	Vulvaria	108
Beta	115	vulgaris	113
	116	Cicla	113
Ulmus	117	campeſtris	105
Gentiana	118	lutea	110
	119	Centaurium	112
	120	Amarella	111

UMBELLATÆ

Eryngium	121	campeſtre	114
Sanicula	122	europæa	115
Bupleurum	123	rotundifol.	136
Tordyl.	124	officinale	145
Daucus	125	Carota	142
Athamant.	126	cretenſis	143
	127	Meum	144
Peucedan.	128	officinale	126
Ferula	129	Aſſa fœtida	118

Laſer-

Laſerpit.	130	latifolium	123
	131	Siler	124
Liguſtic.	132	Leviſticum	119
Angelica	133	Archangelica	120
	134	ſylveſtris	121
Sium	135	Ninſi	117
Siſon	136	Ammi	140
Bubon	137	macedonic.	133
	138	Galbanum	132
Cuminum	139	Cyminum	139
Cicuta	140	viroſa	129
Coriandr.	141	ſativum	135
Scandix	142	Cerefolium	137
Chæroph	143	ſylveſtre	143
Imperator.	144	Oſtruthium	122
Paſtinaca	145	ſativa	130
	146	Opopanax	131
Anethum	147	graveolens	147
	148	Fœniculum	146
Carum	149	Carvi	138
Pimpinella	150	Saxifraga	125
	151	Aniſum	141
Apium	152	Petroſelinum	127
	153	graveolens	128

TRIGYNIA

Rhus	154	Coriaria	150
	155	Vernix	151
	156	Copallinum	152
Caſſine	157	Peragua	153
Sambucus	158	Ebulus	149
	159	nigra	148
Tamarix	160	gallica	154

TETRAGYNIA

Parnaſſia	161	paluſtris	155

PENTAGYNIA

Statice	162	Limonium	159
Linum	163	uſitatiſſimum	156
	164	catharticum	157
Droſera	165	rotundifolia	158

Claſſis VI

HEXANDRIA

MONOGYNIA

Allium	166	Porrum	165
	167	Victorialis	163
	168	ſativum	164
	169	Cepa	166
Lilium	170	candidum	173
Scilla	171	maritima	162
Aſphodel.	172	ramoſus	172
Aſparagus	173	officinalis	169
Convallar.	174	majalis	167
	175	Polygonat.	168
Aloë	176	perfoliata	160
Acorus	177	Calamus	161
Burſera	178	gummifera	535
Berberis	179	vulgaris	170

DIGYNIA

Oryza	180	ſativa	174

TRIGYNIA

Rumex	181	ſanguineus	528
	182	aquaticus	177
	183	acutus	176
	184	ſcutatus	530
	185	alpinus	178
	186	Acetoſa	529
Colchicum	187	auctumnale	

TETRAGYNIA

Petiveria	188	alliacea	531

Claſſis VIII.

OCTANDRIA

MONOGYNIA

Tropæol.	189	majus	181
Amyris	190	Elemifera	518
	191	Opobalſam.	512
Lawſonia	193	inermis	182
Vaccinium	194	Myrtillus	184
	195	Vitis idæa	185
Daphne	196	Mezereum	179
	197	Laureola	180

TRIGYNIA

Polygon.	198	Biſtorta	189
	199	Hydropiper	187
	200	aviculare	186
	201	Fagopyrum	188
Sapindus	202	Saponaria	532

Claſſis IX.

ENNEANDRIA

MONOGYNIA

Laurus	203	Cinnamom.	190
	204	Caſſia	191
	205	Camphora	192
	206	nobilis	194
	207	Culilaban	
	208	Saſſafras	193

TRIGYNIA

Rheum	209	Rhaponticum	198
	210	palmatum	197

Claſſis X.

DECANDRIA

MONOGYNIA

Sophora	211	heptaphylla	
Hymenæa	212	Courbaril	515
Caſſia	513	Senna	200
	214	Fiſtula	199
Cæſalpinia	215	rubra	204
	216	braſilienſis	205
Guajacum	218	officinale	207
Anacard.	219	occidentale	206
Dictamnus	220	albus	208
Ruta	221	graveolens	209
Toluifera	222	Balſamum	201
Hæmato-xylon	223	Campeſcia-num	203.
Quaſſia	224	amara	
Copaifera	225	officinalis	513
Ledum	226	paluſtre	210
Arbutus	227	Uva urſi	211
Pyrola	228	rotundifolia	212
Styrax	229	officinale	227

DIGYNIA

Saxifraga	230	granulata	215
Saponaria	231	officinalis	214
Dianthus	232	Caryophyllus	213

PENTAGYNIA

Sedum	233	Telephium	217
	234	acre	218
Oxalis	235	Acetoſella	216

DECAGYNIA

Phytolacc.	236	decandra	

MATERIÆ MEDICÆ.

Claſſis XI.

DODECANDRIA

MONOGYNIA

Aſarum	237	europæum	219
Winteran.	238	Canella	196.
Portulaca	239	oleracea	260

DIGYNIA

Agrimon.	240	Eupatoria	221

TRIGYNIA

Euphorbia	241	officinarum	254
	242	Lathyris	256
	243	paluſtris	255

DODECAGYNIA

Sempervivum	244	tectorum	222

Claſſis XII.

ICOSANDRIA

MONOGYNIA

Myrtus	245	communis	224
	246	caryophyll.	226
	247	Pimenta	225
Punica	248	Granatum	223
Amygdal.	249	Perſica	230
	250	communis	229
Prunus	251	Lauroceraſus	228
	252	Ceraſus	233
	253	avium	233
	254	domeſtica	232
	255	ſpinoſa	231

DIGYNIA

Cratægus	256	Aria	234

TRIGYNIA

Sorbus	237	aucuparia	235

PENTAGYNIA

Meſpilus	258	germanica	236
Pyrus	259	Malus	237
	260	Cydonia	238
Spiræa	261	Filipendula	239
	262	Ulmaria	240

POLYGYNIA

Roſa	263	centifolia	241
	264	damaſcena	241
	265	canina	241
	266	alba	241
Rubus	267	idæus	242
	268	arcticus	243
	269	Chamæmor.	244
Fragaria	270	veſca	245
Potentilla	271	Anſerina	246
	272	reptans	247
Torment.	273	erecta	248
Geum	274	urbanum	249
	275	rivale	

Claſſis XIII.

POLYANDRIA

MONOGYNIA

Capparis	276	ſpinoſa	259
Actæa	277	racemoſa	253
Chelidon.	278	majus	252
Papaver	279	Rhœas	251
	280	ſomniferum	250
Cambogia	281	Gutta	257
Nymphæa	282	alba	268
Bixa	283	Orleana	266

Tilia

Tilia	284	europæa	262
Thea	284	bohea	264
Caryoph.	286	aromaticus	265
Ciſtus	287	creticus	263

DIGYNIA

Pæonia	288	officinalis	267

TRIGYNIA

Delphin.	289	Conſolida	268
	290	Staphiſagria	269
Aconitum	291	Napellus	
	292	Anthora	270

PENTAGYNIA

Aquilegia	293	vulgaris	272
Nigella	294	ſativa	271

POLYGYNIA

Illicium	295	aniſatum	510
Uvaria	296	zeylanica	504
Anemone	297	Hepatica	277
	298	Pulſatilla	276
	299	nemoroſa	275
Ranuncul.	300	Ficaria	274
Helleborus	301	niger	273

Claſſis XIV.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA

Ajuga	302	pyramidalis	306
Teucrium	303	Chamæpitys	287
	304	creticum	286
	305	Marum	285
	306	Scordium	289
	307	Chamædrys	288
Satureja	308	hortenſis	284
	309	capitata	283
Hyſſopus	310	officinalis	290
Nepeta	311	Cataria	291
Lavandula	312	Spica	296
	313	Stœchas	297
Mentha	314	Auricularia	
	315	ſylveſtris	279
	316	criſpa	278
	317	piperita	
	318	Pulegium	280
Glecoma	319	hederacea	303
Lamium	320	album	307
Betonica	321	officinalis	304
Marrub.	322	vulgare	305
Leonurus	323	Cardiaca	308
Origanum	324	Dictamnus	301
	325	creticum	300
	326	vulgare	299
	327	Majorana	298
Thymus	328	Serpyllum	282
	329	vulgaris	281
Meliſſa	330	officinalis	294
	331	Calamintha	295
Dracoceph	332	canarienſe	293
	333	Moldavica	292
Ocimum	334	Baſilicum	302
Prunella	335	vulgaris	309

ANGIOSPERMIA

Euphraſia	336	officinalis	315
Pedicular.	337	paluſtris	314
Antirrhin.	338	Linaria	313
	339	majus	312
Scrophul.	340	nodoſa	310
	341	aquatica	311
Linnæa	342	borealis	317
Seſamum	343	orientale	316
Vitex	344	Agnus caſtus	319

Avi-

Avicennia	345	tomentoſa	42
Acanthus	346	mollis	318

Claſſis XV.

TETRADYNAMIA

SILICULOSA

Lepidium	347	ſativum	322
Thlaſpi	348	arvenſe	323
	349	Burſa paſtor.	324
Cochlearia	350	officinalis	320
	351	Armoracia	321

SILIQUOSA

Siſymbr.	352	Naſturtium	331
	353	Sophia	332
Eryſimum	354	officinale	333
	355	Alliaria	334
Cheiranth.	356	Cheiri	335
Braſſica	357	Napus	328
	358	Rapa	329
	359	oleracea	327
	360	Eruca	330
Sinapis	361	nigra	326
Raphanus	362	ſativus	325

Claſſis XVI.

MONADELPHIA

DECANDRIA

Geranium	363	moſchatum	337
	364	robertianum	336

POLYANDRIA

Althæa	365	officinalis	338
Alcea	366	roſea	340
Malva	367	rotundifolia	339
Goſſyp.	368	herbaceum	341
Hibiſcus	369	Abelmoſchus	342

Claſſis XVII.

DIADELPHIA

HEXANDRIA

Fumaria	370	bulboſa	347
	371	officinalis	343

OCTANDRIA

Polygala	372	Senega	345

DECANDRIA

Pterocarp.	373	Draco	522
Geniſta	374	canarienſis	347
	375	tinctoria	346
Ononis	376	ſpinoſa	357
Lupinus	377	albus	350
Phaſeolus	378	vulgaris	351
Dolichos	379	Soja	363
Piſum	380	ſativum	352
Vicia	381	Faba	353
Ervum	382	Lens	360
	383	Ervilia	361
Cicer	384	arietinum	359
Glycyrrh.	385	glabra	362
Indigofera	386	tinctoria	348
Galega	387	officinalis	349
Aſtragalus	388	Tragacantha	358
Trifolium	389	Melilot. offic.	355
	390	repens	354
Trigonella	391	Fœnumgræc	356

Claſſis XVIII.

POLYADELPHIA

PENTANDRIA

Theobrom.	392	Cacao	364

***** *ICO-*

ICOSANDRIA

Citrus	393	Medica	366
	394	Aurantium	367

POLYANDRIA

Melaleuca	399	Leucadendra	
Hyperic.	396	perforatum	368

Claſſis XIX.

SYNGENESIA

POLYGAMIA ÆQUALIS.

Tragopog.	397	pratenſe	372
Scorzon.	398	humilis	371
Lactuca	399	ſativa	370
Leontod.	400	Taraxacum	368
Hierac.	401	Piloſella	369
Cichorium	402	Intybus	373
	403	Endivia	374
Arctium	404	Lappa	375
Carduus	405	marianus	376
Carlina	406	acaulis	378
Cartham.	407	tinctorius	377
Eupator.	408	cannabinum	380
Santolina	409	Chamæcyp.	383

POLYGAMIA SUPERFLUA

Tanacet.	410	vulgare	381
	411	Balſamita	382
Artemiſia	412	Abrotanum	385
	413	judaica	511.
	414	pontica	387
	415	Abſinthium	386
	416	vulgaris	384
Gnaphal.	417	arenarium	389
	418	dioicum	388
Tuſſilago	419	Farfara	391
	420	Petaſites	390
Solidago	421	Virga aurea	393
Inula	422	Helenium	392
	423	dyſenterica	
Arnica	424	montana	395
Doronic.	425	pardalianch.	394
Bellis	426	perennis	405
Chryſanth	427	Leucanthem.	404
Matricaria	428	Parthenium	400
	429	Chamomilla	402
Anthemis	430	nobilis	401
	431	Cotula	403
	432	Pyrethrum	396
Achillea	433	Ageratum	399
	434	Ptarmica	398
	435	Millefolium	397
Verbeſina	436	Acmella	406

POLYGAMIA FRUSTRANEA

Centaurea	437	Cyanus	408
	438	Behen	409
	439	benedicta	379
	440	Calcitrapa	

POLYGAMIA NECESSARIA

Calendula	441	officinalis	407

MONOGAMIA

Lobelia	442	ſyphilitica	
Viola	443	odorata	410
	444	Ipecacua	69.

Claſſis XX.

GYNANDRIA

DIANDRIA

Orchis	445	bifolia	411
	446	Morio	412
Epidendr.	447	Vanilla	418

HE-

HEXANDRIA

Ariſtoloch	448	Serpentaria	416
	449	rotunda	414
	450	longa	414
	451	Clematitis	415

OCTANDRIA

Cytinus	452	Hypociſtis	220.

POLYANDRIA

Arum	453	maculatum	417

Claſſis XXI.

MONOECIA

MONANDRIA

Cynomor.	454	coccineum	534

TRIANDRIA

Phyllanth.	455	Emblica	418

TETRANDRIA

Betula	456	alba	421
Buxus	457	ſempervirens	423
Urtica	458	pilulifera	420
	459	dioica	419
Morus	460	nigra	422

PENTRANDRIA

Xanthium	461	ſtrumarium	424

POLYANDRIA

Poterium	462	Sanguiſorba	425
Quercus	463	Suber	427
	464	Robur	426
Juglans	465	regia	430
Fagus	466	Caſtanea	429
	467	ſylvatica	428
Corylus	468	Avellana	431
Liquidam.	469	ſtyraciflua	432

ADELPHIA

Pinus	470	ſylveſtris	434
	471	Pinea	435
	472	Larix	437
	473	Abies	436
Cupreſſus	474	ſempervirens	433
Croton	475	Benzoë	195.
	476	Caſcarilla	470.
	477	tinctorium	441
	478	Tiglium	440
	479	lacciferum	
Jatropha	480	Curcas	439
Ricinus	481	communis	438

SYNGENESIA

Momord.	482	Elaterium	447
Cucurbita	483	lagenaria	442
	484	Citrullus	443
Cucumis	485	Colocynthis	446
	486	Melo	444
	487	ſativus	445
Bryonia	488	alba	448

Claſſis XXII.

DIOECIA

DIANDRIA

Salix	489	alba	449

TETRANDRIA

Viſcum	490	album	450
Myrica	491	Gale	451

PENTANDRIA

Piſtacia	492	vera	454
	493	Terebinthus	452
	494	Lentiſcus	453
Spinacia	495	oleracea	456
Cannabis	496	ſativa	457
Humulus	497	Lupulus	458

HEXANDRIA

Smilax	498	Sarſaparilla	460
	499	China	461

OCTANDRIA

Populus	500	nigra	462
	501	balſamifera	463
Rhodiola	502	roſea	477

ENNEANDRIA

Mercurial.	503	annua	464

DODECANDRIA

Meniſper.	504	Cocculus	175

MONADELPHIA

Juniperus	505	communis	465
	506	lycia	466
	507	Sabina	467
Ciſſampel.	508	Pareira	459

SYNGENESIA

Ruſcus	509	aculeatus	468
	510	Hypogloſſ.	469

Claſſis XXIII.

POLYGAMIA

MONOECIA

Ophioxyl.	511	ſerpentinum	474
Andropog.	512	Schœnanthus	31.
	513	Nardus	32.
Veratrum	514	album	471
Parietaria	515	officinalis	472
Atriplex	516	hortenſis	473
Mimoſa	517	nilotica	261.
	518	Senegal	
Guilandina	217	Moringa	202

DIOECIA

Fraxinus	519	excelſior	475
	520	Ornus	476
Panax	521	quinquefol.	116

TRIOECIA

Ceratonia	522	Siliqua	455
Ficus	523	Carica	478
	561	Agallochum	524

Claſſis XXIV.

CRYPTOGAMIA

FILICES

Cycas	524	circinalis	502
Equiſetum	525	arvenſe	479
Aſplenium	526	Scolopendr.	481
	527	Ceterach	482
	528	Trichoman.	483
	529	Ruta muraria	484
Polypod.	530	vulgare	485
	531	Filix mas	486
Adiantum	532	Capill. vener.	480

MUSCI

Lycopod.	533	clavatum	488
	534	Selago	487
Polytrich.	535	commune	489

ALGÆ

Lichen	536	ſaxatilis	494
	537	islandicus	493
	538	pulmonarius	490
	539	aphthoſus	492
	540	caninus	491
	541	cocciferus	496
	542	plicatus	495

FUNGI

Boletus	543	Pini Laricis	497
Periza	544	Auricula	498
Lycoperd.	545	Tuber	500
	546	Boviſta	499

APPENDIX

PALMÆ

Phœnix	547	dactylifera	501
Areca	548	Catechu	503

* * *

FRUCTUS

Myriſtica	549	509
Myrobal.	550	505. 6. 8.
Chebula	551	507.
Cubeba	552	526
Sabadilla	553	
Faba febr.	554	

RESINA

Peruifera	555	514
Ammon.	556	516
Caranna	557	517
Myrrha	558	519
Bdellium	559	520
Sagapen.	560	521

MISCELLANEÆ

Aſpalath.	562	524
Fernamb.	563	525

REGNUM LAPIDEUM.

Claſſis I.
PETRÆ

HUMOSÆ

Schiſtus	1	Nigrica

CALCARIÆ

Marmor	2	rude
Gypſum	3	uſuale
Scorzonera latifolia humilis nervoſa. *Bauh. pin.* 275.

LOC: Europæ, præſertim Weſtrogothiæ, prata. *Perennis, vulgaris.*

PHARM: SCORZONERÆ Radix, *condita*, ▽; Semina.

QUAL: amaricans, lacteſcens. *Trita, inſida.*

VIS: alexiteria?

USUS: Morſura? Venenum?

COMP.

399. LACTUCA *ſativa* foliis rotundatis, caule corymboſo. *Sp. pl.* 1118.

Lactuca. *Bauh. pin.* 122.

LOC: Europa. *Annua, cicur.*

PHARM: LACTUCÆ Herba *condita* hiſpanica, ▽; Semina.

QUAL.

QUAL: aquoſa oleracea, lacteſcens. *Rarior, ſuperflua.*
VIS: diluens, humectans, lactifera, paregorica, antivenerea.
USUS: Hypochondriaſis, Satyriaſis.
COMP. *Ungu.* populeum.

400. LEONTODON *Taraxacum* calyce ſquamis inferne reflexis, foliis runcinatis denticulatis lævibus. *Fl. ſuec.* 693. *Sp. pl.* 1122.
Dens leonis latiore folio. *Baub. pin.* 126.
LOC: Europæ paſcua aprica. *Perennis, vulgaris.*
PHARM: TARAXACI Radix, Herba, ▽.
QUAL: aquoſo-amaricans, oleracea, lacteſcens.
Culinaris, uſitata. Hb. *ſuperflua.*
VIS: ſaponacea, diluens, humectans, diuretica!
USUS: Hypochondriaſis, Icterus!
COMP.

401. HIERACIUM *Piloſella* foliis integerrimis ovatis ſubtus tomentoſis, ſtolonibus repentibus, ſcapo unifloro. *Fl. ſuec.* 697. *Sp. pl.* 1125.
Piloſella major repens hirſuta. *Baub. pin.* 262.
LOC: Europæ paſcua arida. *Perennis, frequens.*
PHARM: AURICULÆ MURIS Herba.
QUAL: amara, lacteſcens. *Exoleta.*
VIS: adſtringens, vulneraria.
USUS: Hernia, Diarrhœa, Scabies, Herpes *Succ.*
COMP.

402. CICHORIUM *Intybus* floribus geminis ſeſſilibus, foliis runcinatis. *Fl. ſuec.* 711. *Sp. pl.* 1142.
Cichorium ſylveſtre ſ. officinarum. *Baub. pin.* 125.
LOC: Europa ad margines agrorum viarumque.
Biennis, cicur.
PHARM: CICHORII Radix, *condita*; Herba, *Syrupus*, ▽; Flores, *Conſerva.*

M 2 QUAL.

QUAL: aquoſo-amara, flavo-tinctoria. *Trita.*
VIS: diluens, humectans, tonica.
USUS: Melancholia, Hypochondriaſis, Hectica, Hæmorrhagia, Podagra.
COMP. *Sem.* IV. frigida minora; *Syr.* cichorii cum theo.

403. CICHORIUM *Endivia* floribus ſolitariis pedunculatis, foliis integris crenatis. *Hort. cliff* 389. *upſ.* 247. *Sp. pl.* 1142.
Intybus ſativa latifolia ſive Endivia vulgaris. *Baub. pin.* 125.
LOC: Europa. *Biennis*, *cicur.*
PHARM: ENDIVIÆ Herba, *Syrupus*, ▽.
QUAL: oleracea.
VIS: aperiens, diuretica, eccoprotica.
USUS: Icterus.
COMP. *Semina* IV. frigid. minora.

404. ARCTIUM *Lappa* foliis cordatis inermibus petiolatis. *Fl. ſuec.* 712. *Sp. pl.* 1143.
Lappa major ſ. Arctium dioſcoridis. *Baub. pin.* 198.
LOC: Europæ incarcerata. *Perennis*, *vulgaris.*
PHARM: BARDANÆ Radix, Herba, Semina.
QUAL: dulci-ſubauſtera, urinaria alba, crepitans. *Sem.* amariſſima. *Trita.*
VIS: eſculenta, diuretica. *Sem.* purgans.
USUS: Phlogoſis, Nephritis, Arthritis, Syphilis, Oedema.
COMP. *Eſſ.* bardanæ compoſitâ.

405. CARDUUS *marianus* foliis amplexicaulibus haſtato-pinnatifidis ſpinoſis, calycibus aphyllis, ſpinis canaliculatis duplicato-ſpinoſis. *Sp. pl.* 1153.
Carduus albis maculis notatus vulgaris. *Baub. pin.* 381.
LOC: Italiæ, Galliæ, Angliæ aggeres. *Annua*, *cicur.*
PHARM: CARDUI MARIÆ Herba, ▽; Semina.

QUAL.

QUAL: amara. *Trita.*
VIS: thoracica, ſudorifera, diuretica *ſem.*
USUS: Pleuritis, Leucorrhœa? Hydrophobia? Carcinoma.
COMP:

406. CARLINA *acaulis* caule unifloro flore breviore. *Hort. cliff.* 395. *upſ.* 257. *Sp. pl.* 1160.
Carlina acaulos, magno flore albo. *Bauh. pin.* 380.
LOC: Italiæ, Germaniæ montoſa. *Perennis*, *cicur.*
PHARM: CARLINÆ (CARDOPATIÆ) Radix.
QUAL: graveolens, acris, amara, aromatica. *Rarior.*
VIS: pellens, ſudorifera, ſubemetica, ſtomachica.
USUS: Hypochondriaſis, Hyſteria! Scabies.
COMP. Orvietanum, ✝ theriacale.

407. CARTHAMUS *tinctorius* foliis ovatis integris ſerrato-aculeatis. *Hort. cliff.* 394. *upſ.* 251. *Sp. pl.* 1162.
Cnicus ſativus ſ. Carthamus officinar. *Bauh. pin.* 378.
LOC: Ægyptus. *Annua*, *ſubcicur.*
PHARM: CARTHAMI Flores, Semina.
QUAL: nauſeoſa, lutea, tinctoria. *Rarior.*
VIS: purgans, diuretica.
USUS: Tuſſis ſenilis, Aſthma, Hydrops, Icterus.
COMP:

408. EUPATORIUM *cannabinum* foliis digitatis. *Fl. ſuec.* 728. *Sp. pl.* 1173.
Eupatorium cannabinum. *Bauh. pin.* 320.
LOC: Europæ ripæ fluviorum. *Perennis*, *infrequens.*
PHARM: EUPATORII Radix, Herba.
QUAL: peramara, acri-odorata. *Exoleta.*
VIS: corroborans, vulneraria. *Rd.* purgans! emetica! diuretica.
USUS: Cachexia, Hydrops! Oedema, Hydrocele.
COMP:

409. SANTOLINA *Chamæcypariſſus* pedunculis unifloris, foliis quadrifariam dentatis. *Hort. cliff.* 397. *upſ.* 252. *Sp. pl.* 1179.
Abrotanum femina, foliis teretibus. *Baub. pin.* 136.
LOC: Europa auſtralis. *Fruticulus, manſuetus.*
PHARM: SANTOLINÆ Herba.
QUAL: amara, fragrans. *Rarior, præſtans.*
VIS: balſamica, tonica, pellens, diaphoretica, carminativa, anthelminthica!
USUS: Leucorrhœa, Pleuritis?
COMP. *Spir.* hyſtericus.

POLYGAM. SUPERFLUA.

410. TANACETUM *vulgare* foliis bipinnatis inciſis ſerratis. *Fl. ſuec.* 730. *Sp. pl.* 1184.
α Tanacetum vulgare luteum. *Baub. pin.* 132.
β Tanacetum foliis criſpis. *Baub. pin.* 132.
LOC: α Europæ margines pratorum. *Perennis, cicur.*
PHARM: TANACETI α Flores, Semina.
β Herba, ▽, ℴℴ.
QUAL: amara, aromatica, luteo-tinctoria, nidoroſa halituoſa. *Præſtans.*
VIS: carminativa, pellens, ſudorifera! emmenagoga! anthelminthica, antiputredinoſa, balſamica, tonica, ſtomachica.
USUS: Cachexia, Scorbutus, Tertiana, Hydrops, Hyſteria.
COMP.

411. TANACETUM *Balſamita* foliis ovatis integris ſerratis. *Hort. cliff.* 389. *upſ.* 255. *Sp. pl.* 1184.
Mentha hortenſis corymbifera. *Baub. pin* 226.
LOC: Hetruria, Narbona. *Perennis, cicur.*
PHARM: BALSAMITÆ Herba.
QUAL: amara, nidoroſa halituoſa. *Rarior, præſtans.*
VIS: ſtomachica, pellens, emmenagoga.
USUS: Hyſteria, Melancholia, Opium.
COMP.

412. AR-

412. ARTEMISIA *Abrotanum* foliis ramoſiſſimis ſetaceis, caule erecto ſuffruticoſo. *Hort. cliff.* 403. *upſ.* 257. *Sp. pl.* 1185.
Arbotanum mas anguſtifolium majus. *Baub. pin.* 136.
LOC: Sibiria, Cappadocia, Syria, Galatia.
Suffruticoſa, cicur.
PHARM: ABROTANI Herba, ▽, ♀.
QUAL: amara, nidoroſa halituoſa. *Rarior, præſtans.*
VIS: balſamica, antacida, tonica, ſtomachica, pellens, emmenagoga, anthelminthica.
USUS: Achor, Tinea, Gangræna.
COMP. *Ungu.* martiaton.

413 ARTEMISIA *judaica* foliis caulinis obovatis obtuſis lobatis parvis, floribus paniculatis pedicellatis. *Mantiſſ. pl.* 281.
Abſinthium ſantonicum judaicum & alexandrinum. *Bauh. pin.* 139. *Pluk. alm.* 4. *t.* 73. *f.* 2. *Barbara.*
LOC: Regnum Boutang Mogolis, Caramania Perſiæ, Palæſtina per Alexandriam; Arabia, Numidia.
PHARM: CINÆ (SANTONICI) Semina ℨj, *Confectio.*
QUAL: amara. *Trita, præſtans.*
VIS: balſamica, tonica, ſtomachica, anthelminthica.
USUS: Anorexia.
COMP.

414. ARTEMISIA *pontica* foliis multipartitis ſubtus tomentoſis, floribus ſubrotundis nutantibus: receptaculo nudo. *Hort. cliff.* 404. *upſ.* 257. *Sp. pl.* 1187.
Abſinthium ponticum tenuifolium incanum. *Baub. pin.* 138.
LOC: Thracia, Myſia, Pannonia. *Perennis, cicur.*
PHARM: ABSINTHII PONTICI Herba, *Conſerva,*

QUAL: ſequenti ſvaveolentior. *Rarior, præſtans.*
VIS: ſequenti delicatior.
USUS: ſequenti debilior.
COMP.

415. ARTEMISIA *Abſinthium* foliis compoſitis multifidis, floribus ſubgloboſis pendulis: receptaculo villoſo. *Fl. ſuec.* 735. *Sp. pl.* 1188.

Abſinthium ponticum ſeu romanum officinarum ſeu dioſcoridis. *Baub. pin.* 138.

LOC: Europæ ruderata. *Subperennis, vulgaris.*

PHARM: ABSINTHII VULGARIS Herba, *Syrupus, Conſerva*, ▽, ⎍, ⁂, ◎, ⊖, *cryſtall;* ⊖ *non cryſtal; Eſſent. ſimpl; Extract. inſpiſſat.*

QUAL: amariſſima, nidoroſa halituoſa, lactaria, urinaria. *Trita, eximia.*

VIS: balſamica, antacida, antiputredinoſa, anthelminthica, ſtomachica, antivenerea, antiophthalmica, pellens.

USUS: Iliaca, Nephritica, Hydrops, Icterus, Calculus, Hernia, Tinea, Achor, Gangræna.

COMP: *Eſſ.* abſinthii compoſita; *Ungu.* martiatum; *Conſ.* hamech; *Empl.* melilot.

416. ARTEMISIA *vulgaris* foliis pinnatifidis planis inciſis ſubtus tomentoſis, racemis ſimplicibus recurvatis, florum radio quinquefloro. *Sp. pl.* 1188.

α Artemiſia vulgaris major. *Baub. pin.* 137. caule & flore purpuraſcente.

β Artemiſia vulgaris major, caule & flore albicante. *Tournef. inſt.* 460.

LOC: Europæ culta. *Perennis, vulgatiſſima.*

PHARM: ARTEMISIÆ RUBRÆ Herba, *Syrupus, Eſſentia*, ▽, ⊖.
ALBÆ Herba, *Moxa, Carbones* (radices vetuſtæ).

QUAL:

QUAL: amara. *Trita, præſtans.*
VIS: corroborans, analeptica, uterina, pellens.
USUS: Tertiana, Dyſtocia, *Carb.* Epilepſia? *Mox.* Podagra.
COMP. *Syr.* artemiſiæ compoſitus. *Ungu.* martiat.

417. GNAPHALIUM *arenarium* herbaceum, foliis lanceolatis: inferioribus obtuſis, corymbo compoſito, caulibus ſimpliciſſimis. *Fl. ſuec.* 738. *Sp. pl.* 1195.
Elichryſum ſ. Stoechas citrina latifolia. *Bauh. pin.* 264.
LOC: Europa, auſtralior, Scania campeſtris. *Perennis, cicur.*
PHARM: STOECHADIS CITRINÆ Flores.
QUAL: flava, ſicca. *Uſitata.*
VIS: exſiccans.
USUS: Arthritis.
COMP, Suffimigia.

418. GNAPHALIUM *dioicum* ſarmentis procumbentibus, caule ſimpliciſſimo, corymbo ſimplici, floribus dioicis. *Fl. ſuec.* 736. *Sp. pl.* 1199.
Gnaphalium montanum. *Bauh. pin.* 263.
LOC: Europæ campi exaridi. *Perennis, frequens.*
PHARM: GNAPHALII Flores.
QUAL: ſicca. *Exoleta, infida.*
VIS: exſiccans, adſtringens, roborans.
USUS: Arthritis? Tuſſis convulſiva? Diarrhœa.
COMP.

419. TUSSILAGO *Farfara* ſcapo unifloro imbricato, foliis ſubcordatis angulatis denticulatis. *Fl. ſuec.* 743. *Sp. pl.* 1214.
Tuſſilago vulgaris. *Bauh. pin.* 197.
LOC: Europæ fracta argilloſa. *Perennis, vulgaris.*
PHARM: FARFARÆ Radix, Herba.
TUSSILAGINIS Flores, *Conſerva, Syrupus, Loboc.*

QUAL: amara. *Trita*, Fl. *ſuperflua.*
VIS: thoracica.
USUS: Tuſſis, Aſthma, Phthiſis?
COMP.

420. TUSSILAGO *Petaſites* thyrſo ovato, floſculis femineis nudis paucis. *Fl. ſuec.* 746. *Sp. pl.* 1215.
Petaſites major & vulgaris. *Baub. pin.* 197.
LOC: Germania, Belgium, Anglia, Gallia. *Perennis, cicur.*
PHARM: PETASITIDIS Radix, Flores.
QUAL: amara. *Rarior*, Fl. *ſuperflua.*
VIS: ſudorifera, alexiteria.
USUS: Peſtis.
COMP. ✝ prophylacticum.

421. SOLIDAGO *Virga aurea* caule ſubflexuoſo angulato, racemis paniculatis erectis confertis. *Fl. ſuec.* 754. *Sp. pl.* 1235.
Virga aurea latifolia ſerrata. *Baub. pin.* 268.
LOC: Europæ prata ſylvatica. *Perennis, vulgaris.*
PHARM: VIRGÆ AUREÆ Herba.
QUAL: balſamica. *Uſitata.*
VIS: vulneraria, diuretica.
USUS: Calculus, Ulcus.
COMP.

422. INULA *Helenium* foliis amplexicaulibus ovatis rugoſis ſubtus tomentoſis, calycum ſquamis ovatis. *Fl. ſuec.* 755. *Sp pl.* 1236.
Helenium vulgare. *Baub. pin.* 216.
LOC: Europa auſtralior. *Perennis, cicur.*
PHARM: ENULÆ Radix, *Condita*, *Conſerva*, *Eſſentia*, *Extractum*, ▽.

QUAL.

QUAL: aromatica, mucilaginoſa. *Trita, præſtans.*
VIS: alexiteria, pellens, expectorans, ſtomachica, anthelminthica.
USUS: Hypochondriaſis, Colica, Tremor, Scabies!
COMP.

423. INULA *dyſenterica* foliis amplexicaulibus cordato-oblongis ſubtomentoſis, caule villoſo paniculato, ſquamis calycinis ſetaceis. *Fl. ſuec.* 757. *Sp. pl.* 1237.
Conyza media aſteris flore luteo, ſ. tertia dioſcoridis. *Baub. pin.* 265.
LOC: Europa humida. *Perennis.*
PHARM: CONYZÆ Herba.
QUAL:
VIS:
USUS: Dyſenteria! Scabies.
COMP.

424 ARNICA *montana* foliis ovatis integris, caulinis geminis oppoſitis. *Fl. ſuec.* 760. *Sp. pl.* 1245.
Doronicum plantaginis folio, alterum. *Baub. pin.* 185.
LOC: Europa auſtralior, Scania, Weſtrogothia, Alpes. *Perennis, cicur.*
PHARM: ARNICÆ Herba, Flores.
QUAL: nauſeoſa, viroſa. *Trita, heroica.*
VIS: repellens, vulneraria, narcotica, vomitoria, purgans, diuretica, emmenagoga, errhina.
USUS: Epilepſia, Sugillatio, caſus ab alto.
COMP.

425. DORONICUM *pardalianches* foliis cordatis obtuſis denticulatis: radicalibus petiolatis, caulinis amplexicaulibus. *Sp. pl.* 1247.
Doronicum radice ſcorpii. *Baub. pin.* 184.
LOC: Alpes Valleſiæ, Genevæ, Thuiri. *Perennis, cicur.*
PHARM: DORONICI Radix.

QUAL.

QUAL: aromatica, dulcis, ſapida. *Exoleta, dubia.*
VIS: ſubvenenata, Arnicæ.
USUS: Colica, Vertigo?
COMP.

426. BELLIS *perennis* ſcapo nudo. *Fl. ſuec.* 761. *Sp. pl.* 1248.
Bellis ſylveſtris minor. *Bauh. pin.* 261.
LOC: Europæ paſcua aprica. *Perennis, cicur.*
PHARM: BELLIDIS MINORIS Flores.
QUAL: inodora, ſtyptica. *Trita, inſida, ſtahliana.*
VIS: reſolvens? vulneraria, eccoprotica.
USUS: Hectica? Peripneumonia? Hæmorrhagia? Hypochondriaſis?
COMP:

427. CHRYSANTHEMUM *Leucanthemum* foliis amplexicaulibus oblongis ſuperne ſerratis, inferne dentatis. *Fl. ſuec.* 763. *Sp. pl.* 1251.
Bellis ſylveſtris, caule folioſo, major. *Bauh. pin.* 261.
LOC: Europæ prata. *Perennis, frequens.*
PHARM: BELLIDIS PRATENSIS Herba.
QUAL: ſubacris, penetrans, piperata *in decocto.* *Exoleta.*
VIS: diuretica, vulneraria.
USUS: Phthiſis, Aſthma, Tinea.
COMP:

428. MATRICARIA *Parthenium* foliis compoſitis planis: foliolis ovatis inciſis, pedunculis ramoſis. *Hort. cliff.* 416. *upſ.* 263. *Sp. pl.* 1255.
Matricaria vulgaris ſ. ſativa. *Bauh. pin.* 133.
LOC: Europæ auſtralioris ruderata. *Subperennis, cicur.*
PHARM: MATRICARIÆ Herba, ▽, o°o, Flores.

QUAL.

QUAL: amara, nidoroſa halituoſa. *Uſitata, præſtans.*

VIS: anodyna, emmenagoga, lactifuga.

USUS: Anorexia, Hyſteria! Colica, Hemicrania, Iliaca infantum.

COMP. *Syr.* Artemiſiæ compoſitus; *Empl.* ranar. mercuriale.

429. MATRICARIA *Chamomilla* receptaculis conicis, radiis patentibus, ſquamis calycinis margine æqualibus. *Fl. ſuec.* 764. *Sp. pl.* 1256.

Chamæmelum vulgare, Leucanthemum dioſcoridis. *Baub. pin.* 135.

LOC: Europæ agri, ruderata. *Annua, vulgaris.*

PHARM: CHAMOMILLÆ NOSTRATIS Herba, *Syrupus*, ▽, ◎, ∴ *cærul.* Flores ℥ß.

QUAL: amara, odorata. *Trita, præſtans.*

VIS: emolliens?

USUS: Tertiana, Cardialgia, Colica, Vomitus gravidarum, Calculus, Dyſuria.

COMP: Balnea, Clyſteres, Cataplaſmata, Pediluvia.

430. ANTHEMIS *nobilis* foliis pinnato-compoſitis linearibus acutis ſubvilloſis. *Sp. pl.* 1260.

Chamæmelum nobile ſ. Leucanthemum odoratius. *Baub. pin.* 135.

LOC: Europæ paſcua aprica. *Annua, cicur.*

PHARM: CHAMOMILLÆ ROMANÆ Herba, ∴, Flores.

QUAL: amara, ſuaveolens. *Trita, eximia.*

VIS: balſamica, paregorica, antiſpasmodica, emmenagoga, carminativa.

USUS: Nephritis, Tertiana, Colica, Colica puerperarum, Hyſteria, Calculus.

COMP: *Clyſteres* emollientes.

431. AN-

431. ANTHEMIS *Cotula* receptaculis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus nudis. *Fl. ſuec.* 767. *Sp. pl.* 1261.
Chamæmelum fœtidum. *Bauh. pin.* 135.
LOC: Europæ viæ, agri. *Annua, vulgaris.*
PHARM: COTULÆ FOETIDÆ Herba, Flores.
QUAL: fœtida, amara. *Inſueta, eximia.*
VIS: anodyna, pellens, repellens.
USUS: Epilepſia, Hyſteria! Hydrops, Scrophula, Aſthma.
COMP.

432. ANTHEMIS *Pyrethrum* caulibus ſimplicibus unifloris decumbentibus, foliis pinnato-multifidis. *Hort. cliff.* 414. *upſ.* 263. *Sp. pl.* 1262. *Mill fig. t.* 39.
Buphthalmum creticum, cotulæ facie, flore luteo & albo. *Breyn. cent.* 150. *t.* 75.
LOC: regnum Tunetanum. *Perennis, manſueta.*
PHARM: PYRETHRI VERI Radix, *Condita.*
QUAL: acris, penetrantiſſima. *Rarior, præſtans.*
VIS: incidens, errhina, ſialagoga, ſophiſticans.
USUS: Odontalgia, Paralyſis linguæ, Dolor pectoris.
COMP: Philonium.

433. ACHILLEA *Ageratum* foliis lanceolatis obtuſis ſerratis. *Hort. cliff.* 413. *upſ.* 265. *Sp. pl.* 1264.
Ageratum foliis ſerratis. *Bauh. pin.* 221.
LOC: Liburnum, Florentia, Monſpelium.
Perennis, ſubcicur.
PHARM: AGERATI Herba.
QUAL: amara, ſuaveolens, aromatica. *Exoleta, ſuperflua.*
VIS: viſceralis?
USUS: Vulnus.
COMP:

434. ACHILLEA *Ptarmica* foliis lanceolatis acuminatis argute ſerratis. *Sp. pl.* 1266.

Dra-

431. Cotula fœtida *omiſſa eſt inter officinalia noſtra.*

Dracunculus pratenſis, ſerrato folio. *Baub. pin.* 98.
LOC: Europa auſtr., Scania, Bahuſia. *Perennis, cicur.*
PHARM: PTARMICÆ Radix, Herba, Flores.
QUAL: acris, inodora. *Exoleta* Hb. Fl. *ſuperflua.*
VIS: ſialagoga, errhina, ſternutatoria, vulneraria.
USUS: Odontalgia.
COMP.

435. ACHILLEA *Millefolium* foliis bipinnatis nudis: laciniis linearibus dentatis, caulibus ſuperne ſulcatis. *Fl. ſuec.* 770. *Sp. pl.* 1267.
Millefolium vulgare album. *Baub. pin.* 140.
LOC: Europæ prata, paſcua. *Perennis, frequens.*
PHARM: MILLEFOLII Herba, *Eſſentia*, *Extractum*, ▽, ℅.
QUAL: aromatico-odorata. *Stahliana, trita.*
VIS: narcotica, inebrians, tonica, ſiſtens evacuationes, vulneraria.
USUS: Hypochondriaſis, Hæmorrhois, Hæmoptyſis, Vulnus.
COMP.

436. VERBESINA *Acmella* foliis oppoſitis oblongo-ovatis trinerviis petiolatis ſubdentatis, pedunculis elongatis axillaribus, floribus conicis. *Sp. pl.* 1271.
Chryſanthemum bidens ſ. Bidens zeylanica, flore luteo, lamii folio. *Breyn. icon.* 48. *t.* 48.
LOC: Zeylona. *Annua, peregrina.*
PHARM: ACMELLÆ Herba, Semina.
QUAL: balſamica, amara, ſapore odoreque Sigesbeckiæ. *Inſueta, eximia, pretioſa.*
VIS: anodyna, attenuans, diaphoretica, diuretica, emmenagoga.
USUS: Hydrops, Iſchuria. Calculus! Podagra, Leucorrhœa! Pleuritis.
COMP.

POLT.

436. *ACMELLÆ ſuccedaneum eſſe* Sigesbeckiam *Botanicus intelliget, quæ facile in hortis noſtris luxuriat.*

POLYG. FRUSTRANEA.

437. CENTAUREA *Cyanus* calycibus ſerratis, foliis linearibus integerrimis: infimis dentatis. *Fl. ſuec.* 776. *Sp. pl.* 1289.

Cyanus ſegetum (flore cæruleo). *Bauh. pin.* 273.

LOC: Europæ agri. *Annua, vulgaris.*

PHARM: CYANI Flores, ▽.

QUAL: cærulea. *Exoleta, infida, ſuperflua.*

VIS: ophthalmica?

USUS: tinctorius.

COMP:

438. CENTAUREA *Behen* calycibus ſcarioſis, foliis radicalibus lyratis lobis oppoſitis, caulinis amplexicaulibus. *Sp. pl.* 1292.

Rhaponticoides lutea, foliis inferioribus diſſectis, cæteris carthami. *Vaill. act. pariſ.* 1718. *p.* 229.

LOC: Libanus. *Perennis, peregrina.*

PHARM: BEHEN ALBI Radix.

QUAL: odorata, acris. *Exoleta, dubia, ſuperflua.*

VIS: corroborans, cordialis.

USUS: Tremor.

COMP.

439. CENTAUREA *benedicta* calycibus duplicato-ſpinoſis lanatis involucratis, foliis ſemidecurrentibus denticulato-ſpinoſis. *Sp. pl.* 1296.

Carduus ſylveſtris hirſutus ſive Carduus benedictus. *Bauh. pin.* 378.

LOC: Agri in Lemno, Chio. *Annua, cicur.*

PHARM: CARDUI BENEDICTI Herba, *Conſerva*, ▽, +, Flores.

QUAL.

QUAL: amariſſima. *Uſitata, præſtans.*

VIS: balſamica, antacida, tonica, pellens, purgans, ſudorifera, diuretica, ſubemetica.

USUS: Vertigo, Hemicrania, Tertiana, Pleuritis, Peſtis, Sugillatio.

COMP.

440. CENTAUREA *Calcitrapa* calycibus ſubduplicato-ſpinoſis ſeſſilibus, foliis linearibus pinnatifidis lateribus dentatis, caule piloſo. *Hort. upſ.* 273. * *Sp. pl.* 1297.

Carduus ſtellatis, foliis papaveris erratici. *Baub. pin.* 387.

LOC: Germania, Helvetia, Anglia ad vias. *Annua, manſueta.*

PHARM: CALCITRAPÆ Radix.

QUAL: amara. *Inſueta.*

VIS: balſamica, tonica.

USUS: Febres intermittentes!

COMP.

POLYG. NECESSARIA.

441. CALENDULA *officinalis* feminibus cymbiformibus muricatis incurvatis omnibus. *Sp. pl.* 1304.

Caltha vulgaris. *Baub. pin.* 275.

LOC: Europæ auſtralis arva. *Annua, cicur.*

PHARM: CALENDULÆ Herba, Flores, *Conſerva*, ▽, ♁.

QUAL: amara, ſubnarcotica, flava, crepitans. *Trita, præſtans.*

VIS: pellens, emmenagoga, ſudorifera, exanthematica.

USUS: Ophthalmia, Vertigo, Febres exanthematicæ.

COMP.

MONOGAMIA.

442. LOBELIA *ſyphilitica* caule erecto, foliis ovato-lanceolatis crenatis, calycum ſinubus reflexis. *Hort. cliff.* 426 * *Amœn. acad.* 4. *p.* 527.* *Sp. pl* 1320.

Rapunculus americanus, flore dilute cæruleo. *Dodart. mem.* 297.

LOC: Virginiæ ſylvæ aridæ, lutoſæ. *Perennis, manſueta.*

PHARM: LOBELIÆ Radix.

QUAL: acris, nauſeoſa, lacteſcens. *Eximia, inſueta.*

VIS: pellens, emetica, purgans.

USUS: Syphilis!

COMP.

443. VIOLA *odorata* foliis cordatis, ſtolonibus reptantibus. *Fl. ſuec.* 784. *Sp. pl.* 1324.

Viola martia purpurea, flore ſimplici odoro. *Baub. pin.* 199.

LOC: Europa auſtralior. *Perennis, cicur.*

PHARM: VIOLÆ Flores (corollæ *rectius*), *Conſerva, Syrupus, Julepus, Saccharum, Mel,* ◎, Semina.

VIOLARIÆ Herba.

QUAL: *Flor.* fragrans. *Trita, præſtans,* Hb. *ſuperflua.*

VIS: *Fl.* anodyna; *Hb.* emolliens; *Rad.* purgans? emetica? *Sem.* diuretica, emetica; *Syrup.* refrigerans.

USUS: *Sem.* Calculus; *Syr.* Raucedo, Tuſſis, Exanthemata.

COMP. *Sem.* IV. cordial; Enemat.

444. VIOLA *Ipecacua. Mantiſſ. pl.* 2. *p.* 484.

Viola grandiflora, veronicæ folio villoſo. *Barr. æquin.* 113. *

LOC: Americæ meridionalis ſylvæ humidæ. *Fruteſcens, peregrina.*

PHARM: IPECACUANHÆ Radix ℈ij.

QUAL: inodora, leviſſime pungens.

VIS: emetica, purgans, ſudorifera.

USUS: Dyſenteria, Leucorrhœa.

COMP:

CLAS-

CLASSIS XX.

GYNANDRIA

DIANDRIA.

445. ORCHIS *bifolia* bulbis indiviſis, nectarii labio lanceolato integerrimo, cornu longiſſimo, petalis patentibus. *Fl. ſuec.* 793. *Sp. pl.* 1331.

Orchis alba bifolia minor, calcari oblongo. *Baub. pin.* 83.

LOC: paſcua dura Europæ. *Perennis, cicur.*

PHARM: SATYRII Radix, *condita.*

QUAL: hircina, mucilaginoſa.

VIS: anodyna, inviſcans, lubricans, aphrodiſiaca, analeptica.

USUS: Sterilitas, Atecnia, Tabes, Dyſenteria.

COMP. *Conf.* diaſatyrio.

446. ORCHIS *Morio* bulbis indiviſis, nectarii labio quadrifido crenulato, cornu obtuſo adſcendente, petalis obtuſis conniventibus. *Fl. ſuec.* 794. *Sp. pl.* 1333.

Orchis morio mas, foliis non maculatis. *Vaill. pariſ.* 151. *quæ Buxb. cent.* 3. *t.* 5.

LOC: Europæ, Orientis ſylvæ. *Perennis, cicur.*

PHARM: SALEP Radix.

QUAL: hircina, mucilaginoſa.

VIS: inviſcans, lubricans, nutriens, aphrodiſiaca.

USUS: Atecnia!

COMP.

447. EPIDENDRON *Vanilla* ſcandens, foliis ovato-oblongis nervoſis ſeſſilibus caulinis, cirrhis ſpiralibus. *Roy. lugdb.* 13. *Sp. pl.* 1347. *Plum. ic.* 188.

Vanilla piperis arbori jamaicenſis innaſcens. *Pluk. alm.* 381. *t.* 320. *f.* 1.

LOC: Indiæ *utriusque arbores.* *Paraſitica, frutex.*

PHARM: VANILLÆ Siliqua ℥ß.

QUAL: pinguis, aromatica acris, ambroſiaca. *Rarior, eximia.*
VIS: calefaciens, corroborans, cephalica, diuretica, aphrodiſiaca.
USUS: Melancholia, Atecnia.
COMP: Chocolada.

HEXANDRIA.

448. ARISTOLOCHIA *Serpentaria* foliis cordato-oblongis planis, caulibus infirmis flexuoſis teretibus, floribus ſolitariis. *Sp. pl.* 1363.
Ariſtolochia Piſtolochia ſ Serpentaria virginiana, caule nodoſo. *Pluk. alm.* 50. *t.* 148. *f.* 5. *Catesb. carol.* 1. *t.* 29.
LOC: Virginia, Carolina. *Perennis, manſueta.*
PHARM: SERPENTARIÆ VIRGINIANÆ Radix ℥ß. *Eſſentia.*
QUAL: acris, aromatica, odore valerianæ. *Trita, eximia.*
VIS: pellens, diaphoretica, exanthematica, diuretica, anthelminthica.
USUS: Febres intermittentes, Exanthematicæ, Morſura.
COMP. ♄ comit. Kent.

449. ARISTOLOCHIA *rotunda* foliis cordatis ſubſeſſilibus obtuſis, caule infirmo, floribus ſolitariis. *Sp. pl.* 1364.
Ariſtolochia rotunda, flore ex purpura nigro. *Bauh. pin.* 307.
LOC: Italia, Hiſpania, G. Narbonenſis. *Perennis, manſueta.*
PHARM: ARISTOLOCHIÆ ROTUNDÆ Radix.
QUAL: fœtida, aromatica, amara, acris, exurens. *Uſitata, præſtans.*
VIS: incidens, vomitoria, pellens, diuretica, emmenagoga, abortiva, repellens.
USUS: Cachexia, Chloroſis! Podagra, Scabies, Fiſtula.
COMP: *Theriac.* alexipharm; *Troch.* capparidis;

450. A-

450. ARISTOLOCHIA *longa* foliis cordatis petiolatis integerrimis obtuſiuſculis, caule infirmo, floribus ſolitariis. *Sp. pl.* 1364.
Ariſtolochia longa vera. *Bauh. pin.* 307.
LOC: Europa auſtralis.
PHARM: ARISTOLOCHIÆ LONGÆ Radix.
QUAL: præcedentis.
VIS: præcedentis.
USUS: præcedentis.
COMP. Andromach; *Ungu.* apoſtolor; *Empl.* manus Dei.

451. ARISTOLOCHIA *Clematitis* foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus confertis. *Hort. upſ.* 279. *Sp. pl.* 1364.
Ariſtolochia clematitis recta. *Bauh. pin.* 307.
LOC: Gallia auſtralis. *Perennis, cicur.*
PHARM: ARISTOLOCHIÆ VULGARIS Radix.
QUAL: graveolens, amara, acris.
VIS: pellens, ſubvomitoria.
USUS: Podagra, Cacoethes, Sarcoma, Cachexia.
COMP.

OCTANDRIA.

452. CYTINUS *Hypociſtis. Syſt. Nat.* 12. *p.* 602.
Hypociſtis omnino lutea ſ. ochræ colore. *Cluſ. hiſp.* 143.
LOC: Hiſpania, Luſitania, Mauritania. *Paraſitica Ciſti, peregrina.*
PHARM: HYPOCISTIDIS Succus.
QUAL: acido-ſtyptica, nigra. *Rarior.*
VIS: adſtringens.
USUS: Profluvia.
COMP: Andromach; Mithridat; *Troch.* carabe; *Empl.* herniæ; *Pajjul.*; *Laxativ.*

POLYANDRIA.

453. ARUM *maculatum* acaule, foliis haſtatis integerrimis, ſpadice clavato. *Hort. upſ.* 279. *Sp. pl.* 1370.
Arum vulgare maculatum & non maculatum. *Baub. pin.* 195.
LOC: Germania, Italia. *Perennis, cicur.*
PHARM: ARI Radix ℥ß. *Fæculæ*, Herba.
QUAL: acris, ſeptica. *Trita, præſtans,* Hb. *ſuperflua.*
VIS: calefaciens, incidens, ſaponacea, expectorans, coſmetica, *recens* corrodens, rubefaciens, veſicans.
USUS: Tertiana, Anorexia, Aſthma humorale, Obſtructio, Cachexia, Chloroſis, Contuſura, Phthiſis.
COMP: ♁ benedictus.

CLAS-

CLASSIS XXI.

MONOECIA

MONANDRIA.

454. CYNOMORIUM *coccineum. Amœn. acad.* 351. *t.* 2. *Sp. pl* 1375.

Fungus typhoides coccineus melitenſis. *Bocc. ſic.* 80. *muſc.* 2. *p.* 69.

LOC: Sicilia, Melita, Mauritania, Jamaica, paraſitica radicum Lentiſci, Myrti, Halimi, inter Novembrem & Martium. *Herba, peregrina.*

PHARM: FUNGI MELITENSIS ℈j.

QUAL: ſtyptica, nigra. *Eximia!*

VIS: adſtringens, obſtipans.

USUS: Dyſenteria, Ulcus cacoëthicum, Stomacace, Hæmatemeſis, Hæmorrhagia uteri!

COMP.

TRIANDRIA.

455. PHYLLANTHUS *Emblica* foliis pinnatis floriferis, caule arboreo, fructu baccato. *Fl. zeyl.* 333. *Sp. pl.* 1393.

Nellicamaram. *Rheed. mal.* 1. *p.* 69. *t.* 38.

LOC: Malabaria, Zeylona. *Arbor, peregrina.*

PHARM: MYROBALANI EMBLICÆ Fructus ℥iv.

QUAL: acidiuſcula, auſtera, ſubacris. *Exoleta, ſuperflua.*

VIS: adſtringens *Subſt.* purgans *infuſ.*

USUS: Stomacace, Dyſenteria.

COMP. *Pil.* ſine quibus; *Conf.* hamech.

TETRANDRIA.

456. BETULA *alba* foliis acuminatis ſerratis. *Fl. ſuec.* 819. *Sp. pl.* 1393.
Betula. *Bauh. pin.* 427.
LOC: Europæ ſylvæ. *Arbor, frequentiſſima.*
PHARM: BETULÆ (epidermidis) °° *nigrum, Fuligo.*
QUAL: ſuaveolens °°. *Uſitata, præſtans.*
VIS: diaphoretica.
USUS: Eryſipelas!
COMP.

457. BUXUS *ſempervirens. Hort. upſ.* 283. *Sp. pl.* 1394.
Buxus arboreſcens. *Bauh. pin.* 471.
LOC: Gallia, Helvetia. *Arbor, manſueta.*
PHARM: BUXI Lignum, °° Gt. XX.
COMP. amara, tetra fœtida. *Rarior.*
VIS: ſudorifera, mundificans, *Fol.* purgans, pellens.
USUS: Hirſuties °°, Epilepſia, Hyſteria.
COMP.

458. URTICA *pilulifera* foliis oppoſitis ovatis ſerratis, amentis fructiferis globoſis. *Hort. cliff.* 440. *upſ.* 282. *Sp. pl.* 1395.
Urtica urens pilulas ferens. *Bauh. pin.* 232.
LOC: G. Narbonenſis, Helvetia, Anglia. *Annua, cicur.*
PHARM: URTICÆ ROMANÆ Semina.
QUAL: urens *tactu,* inſipida. *Exoleta, ſuperflua.*
VIS: diuretica.
USUS: Rubeola, Nephritis, Hæmorrhagia.
COMP.

459. UR-

459. URTICA *dioica* foliis oppoſitis cordatis, racemis geminis. *Fl. ſuec.* 863. *Sp. pl.* 1396.
Urtica urens maxima. *Baub. pin.* 232.
LOC: Europæ ruderata. *Perennis*, *frequens*.
PHARM: URTICÆ MAJORIS Radix, Herba, ▽, Semina.
QUAL: urens *tactu*, ſubinſipida, oleracea. *Rarior*.
VIS: diuretica, ſtimulans *extus*.
USUS: Apoplexia, Icterus, Nephritis, Phthiſis! Hæmorrhagia, Hæmoptyſis, Hæmorrhois.
COMP:

460. MORUS *nigra* foliis cordatis ſcabris. *Hort. cliff.* 441. *upſ.* 283. *Sp. pl.* 1398.
Morus fructu nigro. *Baub. pin.* 459.
LOC: China, Italia. *Arbor*, *manſueta*.
PHARM: MORI *Rob*, *Syrupus*, Cortex *Rad.*
QUAL: dulci-ſubacida. *Trita, eximia.*
VIS: refrigerans, corroborans.
USUS: Febres putridæ, Sitis, Angina. *Cort.* Tænia.
COMP. *Mixturæ* febriles.

PENTANDRIA.

461. XANTHIUM *ſtrumarium* caule inermi, foliis cordatis trinervatis. *Fl. ſuec.* 869. *Sp. pl.* 1400.
Lappa minor ſ. Xanthium dioſcoridis. *Baub. pin.* 198.
LOC: Europa auſtralior. *Annua*, *cicur*.
PHARM: XANTHII Semina, ℥ß.
QUAL: luteo-tinctoria, amara, ſubacris. *Inſueta.*
VIS: diaphoretica, adſtringens, pellens.
USUS: Eryſipelas.
COMP.

POLYANDRIA.

462. POTERIUM *Sanguiſorba* inerme, caulibus ſubangulоſis. *Hort. cliff* 440. *upſ.* 288. *Sp. pl.* 1411.
Pimpinella Sanguiſorba minor hirſuta. *Baub. pin.* 160.
LOC: Europa auſtralior. *Perennis, cicur.*
PHARM: PIMPINELLÆ ITALICÆ Herba, Semina.
QUAL: ſtyptica, ſubfragrans. *Exoleta, dubia, ſuperflua.*
VIS: adſtringens, vulneraria.
USUS: Hæmoptyſis? Dyſenteria? Hydrophobia?
COMP: *Infuſ.* vinoſa vernal.

463. QUERCUS *Suber* foliis ovato-oblongis indiviſis ſerratis ſubtus tomentoſis, cortice rimoſo fungoſo. *Hort. cliff.* 448. *Sp. pl.* 1413.
Suber latifolium perpetuo virens. *Baub. pin.* 424.
LOC: Luſitania, Aquitania, Bætica. *Arbor, manſueta.*
PHARM: SUBERIS Cortex.
QUAL: ſicca, ſtyptica.
VIS: adſtringens, coriaria.
USUS: Dyſenteria, Eryſipelas.
COMP:

464. QUERCUS *Robur* foliis deciduis oblongis ſuperne latoribus: ſinubus acutioribus, angulis obtuſis. *Fl. ſuec.* 870. *Sp. pl.* 1414.
Quercus cum longo pediculo. *Baub. pin.* 420.
LOC: Europa infra Norlandiam. *Arbor, vulgaris.*
PHARM: QUERCUS Cortex, ▽, Cupulæ, Glandes.
QUAL: ſicca, ſtyptica. *Trita, præſtans,* Gl. *ſuperflua.*
VIS. adſtringens, coriaria, obſtipans.
USUS: Diarrhœa, Tertiana, Hæmorrhagiæ.
COMP.

465. JU-

465. JUGLANS *regia* foliolis ovalibus glabris ſubſerratis ſubæqualibus. *Hort. cliff.* 449. *upſ.* 286. *Sp. pl.* 1415.
Nux juglans ſ. regia vulgaris. *Baub. pin.* 418.
LOC: America ſeptentrionalis; Perſia. *Arbor, manſueta.*
PHARM: JUGLANDIS Nuces, Diſſepimentum, *Rob*, ◎.
QUAL: graveolens, amaricans, denigrans. *Nucl.* ſubdulcis, ſicca. *Rarior, præſtans.*
VIS: narcotica, pellens, emmenagoga! anthelminthica, paralytica.
USUS: *Diſſep.* Dyſenteria, *Uſt.* Hæmorrhagia dentis, ◎ cicatrix variolæ, *Rob.* Angina. *Nucl.* Tænia!
COMP: *Acet.* prophylact.

466. FAGUS *Caſtanea* foliis lanceolatis acuminato-ſerratis ſubtus nudis. *Hort. cliff.* 447. *upſ.* 287. *Sp. pl.* 1416.
Caſtanea. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 121.
LOC: Italia, Gallia, Germania. *Arbor, manſueta.*
PHARM: CASTANEÆ Fructus, ◎, Cortex.
QUAL: dulcis, eſculenta. *Exoleta, infida, ſuperflua.*
VIS: flatulenta, temulentans, febrilis.
USUS: ◎ Excoriatura.
COMP.

467. FAGUS *ſylvatica* foliis ovatis obſolete ſerratis. *Fl. ſuec.* 871. *Sp. pl.* 1416.
Fagus. *Baub. pin.* 419.
LOC: Europa auſtralior, Scania, Smolandia. *Arbor, cicur.*
PHARM: FAGI Fructus, ◎, Cineres clavellati.
QUAL: inſipida. *Exoleta, infida. Fr. ſuperflua.*
VIS: temulentans, cephalalgica.
USUS:
COMP:

468. CO-

468. CORYLUS *Avellana* ſtipulis ovatis obtuſis. *Fl. ſuec.* 873. *Sp. pl.* 1417.
Corylus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 418.
LOC: Europæ ſepes. *Arbor, vulgaris.*
PHARM: CORYLI Lignum, ∵.
QUAL: inodora, inſipida, ∵ fœtida. *Exoleta, ſuperflua.*
VIS: ∵ anodyna.
USUS: ∵ Odontalgia.
COMP:

469. LIQUIDAMBAR *ſtyraciflua* foliis palmato-angulatis, lobis indiviſis acutis. *Sp. pl.* 1418.
Liquidambar arbor ſ. ſtyraciflua aceris folio, fructu tribuloide. *Pluk. alm.* 224. *t.* 42. *f.* 6. *Catesb. car.* 2. *t.* 63.
LOC: Virginia, Mexico. *Arbor, manſueta.*
PHARM: STORACIS LIQUIDÆ Reſina.
QUAL: *Balſamum* liquido-tenax, griſeum, acre, aromaticum, fragrans. *Rarior.*
VIS: cephalalgica, calefaciens.
USUS: Scabies.
COMP: *Ungu.* odorata.

ADELPHIA.

470. PINUS *ſylveſtris* foliis geminis: primordialibus ſolitariis glabris. *Fl. ſuec.* 874. *Sp. pl.* 1418.
Pinus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 491.
LOC: Europæ ſicca. *Arbor, frequentiſſima.*
PHARM: PINI Turiones (*male coni*), *Ligni* ⎍, ∵.
Reſina, *Pix*, ∵ *picis*,
TEREBINTHINA COMMUNIS, *cocta*, ⎍, ∵, *Templinum.*
QUAL: reſinoſa. *Trita, præſtans.*
VIS: diuretica, mundificans.
USUS: Scorbutus.
COMP.

471. PI-

471. PINUS *Pinea* foliis geminis: primordialibus ſolitariis ciliatis. *Hort. cliff.* 450. *upſ.* 288. *Sp. pl.* 1419.
Pinus ſativa. *Bauh. pin.* 491.
LOC: Italia, Galloprovincia, Narbona.
Arbor, manſueta.
PHARM: PINI Nuces, Nuclei mundati, *Loboc*, ∴ *Templinum.*
QUAL: dulcis. *Trita, præſtans.*
VIS: nutriens, aphrodiſiaca.
USUS: Stranguria, Tabes.
COMP. *El.* diaſatyrii.

472. PINUS *Larix* foliis faſciculatis obtuſis. *Hort. cliff.* 450. *Sp. pl.* 1420.
Larix. *Bauh. pin.* 493.
LOC: Alpes Helveticæ aliæque. *Arbor, manſueta.*
PHARM: TEREBINTHINA VENETA, ∴, ⊓.
QUAL: reſinoſa. *Trita, præſtans.*
VIS: diuretica *urina violacea*, vulneraria.
USUS: Phthiſis, Leucorrhœa, Ulcera, ∴ Hæmorrhagia! Iſchuria.
COMP. *Ungu.* digeſtivum.

473. PINUS *Abies* foliis ſolitariis ſubulatis mucronatis lævibus bifariam verſis. *Fl. ſuec.* 875. *Sp. pl.* 1421.
Picea major prima ſ. Abies rubra. *Bauh. pin.* 493.
LOC: Europæ humidiuſcula. *Arbor, frequentiſſima.*
PHARM: ABIETIS Reſina, *Colophonium.*
QUAL: reſinoſa, crepitans. *Rarior, præſtans.*
VIS: diuretica.
USUS: Scorbutus, Arthritis.
COMP:

474. CU-

474. CUPRESSUS *ſempervirens* foliis imbricatis, frondibus quadrangulis. *Hort. cliff.* 449, *upſ.* 288. *Sp. pl.* 1422.
Cupreſſus. *Baub. pin.* 488.
LOC: Creta. *Arbor, manſueta.*
PHARM: CUPRESSI Lignum, Nuces (ſtrobili *potius*).
QUAL: ſicca. *Exoleta, ſuperflua.*
VIS: adſtringens.
USUS: Hernia, Diarrhœa.
COMP:

475. CROTON *Benzoë* foliis linearibus ſubrepandis nudis: venis rubris. *Mant. pl.* 2. *p.* 297. *
LOC: Sumatra, Java, Siam. *Arbor, peregrina.*
PHARM: BENZOES Reſina, *tinctura, flores.*
QUAL: reſinoſa, graveolens, fragilis. *Trita, præſtans.*
VIS: nervina, expectorans, balſamica.
USUS: Rubedo faciei.
COMP: *Empl.* de Storace.

476. CROTON *Caſcarilla* foliis lanceolatis acutis integerrimis petiolatis ſubtus tomentoſis, caule arbores. *Am. acad.* 5. *p.* 411. * *Sp. pl.* 1424.
Ricinoides elæagni folio. *Catesb. carol.* 2. *p.* 46. *t.* 46. *Plum. ic.* 240. *f.* 1.
LOC: Peru, Florida, Providentia, Paraguay.
Arbor, peregrina.
PHARM: CASCARILLÆ Cortex, *Eſſentia.*
QUAL: acris, amara, fragrans, *fumo* moſchato.
Trita, eximia, ſtahliana.
VIS: tonica, ſub-eccoprotica, thoracica.
USUS: *Febr.* Exacerbantes, Tertiana, Diarrhœa febrilis.
COMP.

477. CRO-

476. Caſcarillam *eandem cum THYMIAMATIS ſeu THURIS cortice faciunt varii, licet diſtinctus in officinis noſtris vendatur.*

477. CROTON *tinctorium* foliis rhombeis repandis, capſulis pendulis, caule herbaceo. *Hort. upſ.* 290. *Sp. pl.* 1425.

Ricinoides ex qua paratur Tourneſol gallorum. *Act. pariſ.* 1712. *p.* 337. *t.* 17.

LOC: Narbonæ culta. *Annua, fera.*

PHARM: LACMUS Succus (*Torneſolis.*)

QUAL: cæruleo-tinctoria. *Externe.*

VIS: acidum indicandi.

USUS: Gangræna, Carcinoma?

COMP:

478. CROTON *Tiglium* foliis ovatis glabris acuminatis ſerratis, caule arboreo. *Fl. zeyl.* 343. *Sp pl.* 1426.

Ricinoides indica, folio lucido, fructu glabro. *Burm. zeyl.* 200. *t.* 90.

LOC: Zeylona. *Arbuſcula, peregrina.*

PHARM: TIGLII (TILLI) Grana. Gr. iij.
PAVANÆ Lignum.

QUAL: acerrima. *Exoleta, cauta, ſuperflua.*

VIS: emetica, exurens, draſtica.

USUS:

COMP.

479. CROTON *lacciferum* foliis ovatis tomentoſis ſerrulatis petiolatis, calycibus tomentoſis. *Fl. zeyl.* 344. * *Sp. pl.* 1426.

Ricinoides aromatica arbor, circææ foliis hirſutis, floribus ſpicatis, major. *Burm. zeyl.* 201. *t.* 91.

LOC: India. *Arbor, fera.*

PHARM: LACCÆ Gummi (in granis).

QUAL: *Reſina* rubra.

VIS: ſubadſtringens, diuretica.

USUS: tinctorius.

COMP. Vernices, Laccæ ſagillatoriæ, ℞.

480. JA-

478. *PAVANÆ lignum in noſtris officinis peregrinum eſt.*

480. JATROPHA *Curcas* foliis cordatis angulatis. *Hort. cliff.* 445. *Sp. pl.* 1429.
Ricinoides americana goſſypii folio. *Tournef. inſt.* 656.
LOC: Surinama, Braſilia, Jamaica. *Arbor, fera.*
PHARM: RICINI MAJORIS Semina.
QUAL: acris, exurens. *Exoleta, cauta, ſuperflua.*
VIS: draſtica, inflammatoria.
USUS:
COMP.

481. RICINUS *communis* foliis peltatis ſubpalmatis ſerratis. *Sp. pl.* 1430.
Ricinus vulgaris. *Bauh. pin.* 439.
LOC: temperatum cœlum IV orbis partium. *Annua, manſueta.*
PHARM: RICINI VULGARIS (CATAPUTIÆ MAJORIS) Semina Gr. XXV.
QUAL: acris, amara. *Exoleta, cauta.*
VIS: draſtica, inflammatoria, gaſtriticans, anthelminthica!
USUS:
COMP:

SYNGENESIA.

482. MOMORDICA *Elaterium* pomis hiſpidis, cirrhis nullis. *Sp. pl.* 1434.
Cucumis ſylveſtris aſininus dictus. *Bauh. pin.* 314.
LOC: Italia, Narbona, Sicilia. *Perennis, ſubcicur.*
PHARM: CUCUMERIS ASININI Radix Gr. XV. ℥ß.
ELATERII *Extractum* (viride) ℈j. *Reſina* (alba) Gr. ij.
QUAL: amariſſima, nauſeoſa. *Heroica, cauta.*
VIS: draſtica, hydrogoga, emmenagoga, abortiva.
USUS: Hydrops, Aſthma, Leucorrhœa, Coryza, Scrophula.
COMP. *Extr.* panchymag; *Ungu.* arthanit.

483. CUCURBITA *lagenaria* foliis ſubangulatis tomentoſis baſi ſubtus biglanduloſis, pomis lignoſis. *Sp. pl.* 1434.

Cucurbita oblonga, flore albo, folio molli. *Baub. pin.* 333.

LOC: America. *Annua, ſubcicur.*

PHARM: CUCURBITÆ Semina.

QUAL: ſubdulcis. *Trita.*

VIS: edulcorans, refrigerans.

USUS: Febres putridæ, Agrypnia, Stranguria, Nephritis.

COMP. *Semina* IV frigida majora, *Spec.* diatragacanth.

484. CUCURBITA *Citrullus* foliis multipartitis. *Hort. upſ.* 292. *Sp. pl.* 1435.

Anguria Citrullus dicta. *Baub. pin.* 312.

LOC: Apulia, Calabria, Sicilia. *Annua, ſubcicur.*

PHARM: CITRULLI Semina.

QUAL: cucurbitæ. *Trita.*

VIS: cucurbitæ.

USUS: cucurbitæ.

COMP. *Semina* IV. frigida majora; *Spec.* diatragacanth. *Pulv.* haly.

485. CUCUMIS *Colocynthis* foliis multifidis, pomis globoſis glabris. *Hort. upſ.* 293. *Sp. pl.* 1435.

Colocynthis, fructu rotundo, major. *Baub. pin.* 313.

LOC: Syria, Alepo. *Perennis, manſueta.*

PHARM: COLOCYNTHIDIS Pulpa, Semina, *Reſina, Extractum gr. IV.*

QUAL: amariſſima, nauſeoſa. *Rarior, heroica, cauta.*

VIS: draſtica, emmenagoga, abortiva, anthelminthica.

USUS: Obſtipatio, Epilepſia.

COMP. Enemata; *Troch.* alhandal; *Conf.* hamech; *Ung.* arthanit; *Pil.* cochiæ; capitales; *Pil.* aureæ; *Pil.* catholicæ; *Pil.* gummat; *Extr.* Panchymagog; *Extr.* cathol.

486. CUCUMIS *Melo* foliorum angulis rotundatis, pomis toruloſis. *Hort. cliff.* 451. *upſ.* 292. *Sp. pl.* 1436.
Melo vulgaris. *Bauh. pin.* 310.
LOC: Calmucchia. *Annua, ſubſera.*
PHARM: MELONIS Semina, *excorticata.*
QUAL: ſubdulcis. *Trita.*
VIS: cucurbitæ.
USUS: cucurbitæ.
COMP. *Sem.* IV. frigida majora; *Spec.* diatragacanth.

487. CUCUMIS *ſativus* foliorum angulis rectis, pomis oblongis ſcabris. *Hort. cliff.* 451. *upſ.* 292. *Sp. pl.* 1437.
Cucumis ſativus vulgaris. *Bauh. pin.* 310.
LOC: Europæ culta. *Annua, cicur.*
PHARM: CUCUMERIS Semina.
QUAL: cucurbitæ. *Trita.*
VIS: cucurbitæ.
USUS: cucurbitæ.
COMP. *Sem.* IV. frigida majora; *Spec.* diatragacanth.

488. BRYONIA *alba* foliis palmatis utrinque calloſo-ſcabris. *Fl. ſuec.* 877. *Sp. pl.* 1438.
Bryonia aſpera ſ. alba baccis rubris. *Bauh. pin.* 297.
LOC: Europæ pagi. *Perennis, infrequens.*
PHARM: BRYONIÆ Radix ℈j. *Extractum* ʒj. *Fæculæ*, Baccæ, Semina.
QUAL: acris, amara, nauſeoſa. *Uſitata, eximia.*
VIS: purgans, pellens, anthelminthica, emmenagoga.
USUS: Hydrops, Mania, Epilepſia, Rheumatiſmus, Sugillatio. *Ungu.* Pleuritis.
COMP. *Catapl.* reſolvens.

CLAS-

CLASSIS XXII.

DIOECIA

DIANDRIA.

489. SALIX *alba* foliis lanceolatis acuminatis ſerratis utrinque pubeſcentibus: ſerraturis infimis glandulofis. *Fl. ſuec.* 903. *Sp. pl.* 1449.
Salix vulgaris alba arboreſcens. *Bauh. pin.* 473.
LOC: Europæ urbes & pagi. *Arbor, vulgaris.*
PHARM: SALICIS Folia, ▽ (*florum*).
QUAL: amaricans. *Exoleta.*
VIS: antivenerea.
USUS: Agrypnia, Dyſenteria.
COMP: Balnea, Clyſmata.

TETRANDRIA.

490. VISCUM *album* foliis lanceolatis obtuſis, caule dichotomo, ſpicis axillaribus. *Fl. ſuec.* 905. *Sp. pl.* 1451.
Viſcum baccis albis. *Bauh. pin.* 423.
LOC: Europæ arbores gummoſæ reſinoſæque. *Frutex, paraſiticus, infrequens.*
PHARM: VISCI Lignum, °₀° (*heraclinum*).
QUAL: graveolens, mucilaginoſa. *Rarior, præſtans.*
VIS: inviſcans, lubricans.
USUS: Pleuritis, Epilepſia, Vertigo, Dyſenteria.
COMP.

491. MYRICA *Gale* foliis lanceolatis ſubſerratis, caule ſuffruticoſo. *Fl. ſuec.* 917. *Sp. pl.* 1453.

 Rhus

Rhus myrtifolia belgica. *Bauh. pin.* 414.
LOC: Europæ borealis paludes. *Frutex, vulgaris.*
PHARM: MYRTI BRABANTICÆ Folia.
QUAL: amara, nidoroſa, luteo-tinctoria, cerifera.
Exoleta, præſtans.
VIS: narcotica, phantaſtica, cephalalgica, exanthematica.
USUS: Scabies! Pediculi.
COMP.

PENTANDRIA.

492. PISTACIA *vera* foliis impari-pinnatis, foliolis ſubovatis recurvis. *Sp. pl.* 1454.
Piſtacia peregrina, fructu racemoſo ſ. Terebinthus indica. *Bauh pin.* 401.
LOC: Perſia, Arabia, Syria; colitur in Italia, Sicilia. *Arbor, manſueta.*
PHARM: PISTACIÆ Nuces, Nuclei mundati, (O).
QUAL: dulcis, ſubpinguis. *Rarior.*
VIS: nutriens, obtundens.
USUS: Hectica.
COMP. *Elect.* diaſatyrio; *Tabul.* magnanimitatis.

493. PISTACIA *Terebinthus* foliis impari pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis. *Hort. cliff.* 456. *upſ.* 296. *Sp. pl.* 1455.
Terebinthus vulgaris. *Bauh. pin.* 400.
LOC: India, Africa, Aſſyria, China, Cyprus, Italia, Hiſpania. *Arbor, cicur.*
PHARM: TEREBINTHINA CYPRIA.
QUAL: *Reſina* liquida, flava, ſubdiaphana, amara, acris. *Rarior, præſtans.*
VIS: reſolvens, emolliens, vulneraria, diuretica *urina violacea*, eccoprotica.
USUS: Phthiſis, Tuſſis, Ulcus, Gonorrhœa.
COMP. Andromach; Mithridat; *Balſam.* ſulphur. terebinthinatus Gr. X; ⊓ anhaltinus.

494. PI-

494. PISTACIA *Lentiſcus* foliis abruptæ pinnatis, foliolis lanceolatis. *Hort. cliff.* 456. *Sp. pl.* 1455.

α Lentiſcus vulgaris. *Bauh. pin.* 399.
LOC: Sicilia, Italia, Luſitania. *Arbor, manſueta.*
PHARM: LENTISCI Lignum.

β Lentiſcus ex Chio. *Tournef. itin.* 1. *p.* 285.
LOC: Chios. *Arbor, peregrina.*
PHARM: MASTICHES Reſina alba, granulata, *Syrupus*, ◎, ∴.

QUAL: *Lign.* ſicca, *Reſina* fragilis, pallida, aromatica. *Uſitata, præſtans.*

VIS: corroborans, ſtomachica.

USUS: Tuſſis, Catarrhus, Odontalgia, Arthritis, Calculus, Stomacace.

COMP: *Pil.* ſine quibus; *Pil.* ammoniacæ; *Pil.* catholicæ. *Hiera* ſimplex; *Troch.* carabe; *Troch.* hedycroi; *Ungu.* martiaton; *Empl* ſtomachal; *Empl.* oxycroc; *Empl.* diaphoret; *Empl* opodeltoch; *Empl.* nervinum; *Empl* gummat; *Empl.* calaminar; *Empl.* fracturis; *Cerat.* Betonic.

495. SPINACIA *oleracea* fructibus ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 457. *upſ.* 296. *Sp. pl.* 1456.

Lapathum hortenſe ſ. Spinacia ſemina ſpinoſo. *Bauh. pin* 114.
LOC: hodie Horti noſtri. *Annua, cicur.*
PHARM: SPINACIÆ Semina.
QUAL: aquoſa, oleracea, inſipida. *Exoleta, dubia, ſuperflua.*
VIS: diluens, humectans.
USUS: cibarius.
COMP.

496. CANNABIS *ſativa* foliis digitatis. *Hort. cliff.* 457. *upſ.* 297. *Sp. pl.* 1457.

Cannabis ſativa. *Bauh. pin.* 320.
LOC: Japonia, India orientalis. *Annua, cicur.*
PHARM: CANNABIS Semina, ⊙.

QUAL: viroſa. *Rarior, præſtans.*
VIS: narcotica, phantaſtica, dementans, anodyna, repellens.
USUS: Gonorrhœa, Leucorrhœa, Icterus.
COMP.

497. HUMULUS *Lupulus. Fl. ſuec.* 908. *Sp. pl.* 1457.
Lupulus mas (femina rectius). *Baub. pin.* 298.
LOC: Europæ ſepes. *Perennis, cicur.*
PHARM: LUPULI coni.
QUAL: amara, nidoroſa. *Rarior.*
VIS: tonica, anodyna, phantaſtica, narcotica.
USUS: Nephritica, Phrenitis, Luxatura, Alopecia. *Sem.* Obſtipatio.
COMP:

HEXANDRIA.

498. SMILAX *Sarſaparilla* caule aculeato angulato, foliis inermibus ovatis retuſo-mucronatis trinerviis. *Sp. pl.* 1459.
Smilax, viticulis aſperis, virginiana, folio hederaceo lævi, zarza nobiliſſima. *Pluk. alm.* 348. *t.* 111. *f.* 2.
LOC: Virginia, Mexico. *Perennis, manſueta.*
PHARM: SARSÆ PARILLÆ Radix.
QUAL: ſicca, amaricans, glutinoſa. *Trita, præſtans.*
VIS: diuretica, ſudorifera, purificans.
USUS: Syphilis, Arthritis, Cachexia.
COMP. *Decocta* lignorum.

499. SMILAX *China* caule ac leato teretiuſculo, foliis inermibus ovato-cordatis quinquenerviis. *Sp. pl.* 1459.
Smilax minus ſpinoſa, fructu rubicundo, radice virtuoſa. *Kæmpf. amæn.* 781. *t.* 782.
LOC: China, Japonia. *Perennis, peregrina.*
PHARM: CHINÆ Radix.

QUAL.

QUAL: ſicca, inodora. *Trita, præſtans.*
VIS: purificans.
USUS: Syphilis, Podagra.
COMP: *Decocta* lignorum.

OCTANDRIA.

500. POPULUS *nigra* foliis deltoidibus acuminatis ſerratis. *Fl. ſuec.* 910. *Sp. pl.* 1464.
Populus nigra. *Bauh. pin.* 429.
LOC: Europa auſtralior. *Arbor, cicur.*
PHARM: POPULI oculi (gemmæ rectius).
QUAL: reſinoſa. *Exoleta.*
VIS: obtundens, emolliens, ſoporifera.
USUS: Diarrhœa, Dyſenteria! Ambuſtura, Arthritis.
COMP. *Ungu.* populeum.

501. POPULUS *balſamifera* foliis ovatis ſerratis ſubtus albidis, ſtipulis reſinoſis. *Syſt. nat.* 656.
Tacamahaca foliis crenatis. *Pluk. alm* 360. *t.* 281. *f.* 2.
LOC: Mexico, Magdagaſcar. *Arbor, manſueta.*
PHARM: TACHAMAHACA Reſina.
QUAL: arida, variegata, ſubdiaphana, ſuaveolens.
Uſitata, præſtans.
VIS: leniens, maturans.
USUS: Dolores, Odontalgia, Gaſtrica, Cephalalgia, Cophoſis, Vomitus, Hyſteria.
COMP. *Empl.* opodeltoch; *Empl.* matricale; *Empl.* ſtomachale.

502. RHODIOLA *roſea.* *Fl. lapp.* 378. *ſuec.* 912. *Sp. pl.* 1465.
Rhodia radix. *Bauh. pin.* 286.
LOC: Alpes Lapponicæ aliæque. *Perennis, cicur.*
PHARM: RHODIÆ Radix.

QUAL: rubicunda, ſtyptica, fragrans, roſeo odore. *Exoleta, eximia.*

VIS: adſtringens.

USUS: Hernia, Leucorrhœa, Cephalalgia! Hyſteria, Dyſenteria.

COMP.

ENNEANDRIA.

503. MERCURIALIS *annua* caule brachiato, foliis glabris, floribus ſpicatis. *Hort. cliff.* 461. *upſ.* 298. *Sp. pl.* 1465.

Mercurialis teſticulata ſeu mas. *Bauh. pin.* 121.

LOC: Italia, Anglia, Gallia. *Annua, cicur.*

PHARM: MERCURIALIS Herba, *Mel.*

QUAL: ſuſpecta. *Trita, externa, dubia.*

VIS: hypnotica, purgans, repellens, coſmetica, non emolliens.

USUS: Syphilis.

COMP. Enemata; *Spec.* pro clyſteribus; *Syrup.* prophylacticus.

DODECANDRIA.

504. MENISPERMUM *Cocculus* foliis cordatis retuſis mucronatis, caule lacero. *Sp. pl.* 1468.

Natſiatam. *Rhed. mal.* 7. *t.* 1. *f.* 1. *Pluk. phyt.* 345. *f.* 2. *Rumph. amb.* 5. *t.* 22.

LOC: Malabaria, *Peregrina, fera.*

PHARM: COCCULI INDICI Fructus.

QUAL: reniformis. *Externa.*

VIS: venenata, phthiriaca.

USUS: pediculis, Piſcibus.

COMP.

MONA-

MONADELPHIA.

505. JUNIPERUS *communis* foliis ternis patentibus mucronatis bacca longioribus. *Fl. ſuec.* 915. *Sp. pl.* 1470.

Juniperus vulgaris fruticoſa. *Bauh. pin.* 488.

LOC: Europæ ſylvæ. *Arbuſcula, vulgatiſſima.*

PHARM: JUNIPERI Lignum, °o°, *Cineres*, Baccæ, *Rob*, ▽, ⎍, o°o.
SANDARACA Reſina.

QUAL: ſicca, aromatica, reſinoſa. *Trita, præſtans.*

VIS: pellens, carminativa, diuretica *urina violacea*, calefaciens, alexiteria, mundificans.

USUS: Cophoſis, Calculus, Aſthma, Catarrhus, Vermes o°o.

COMP.

506. JUNIPERUS *lycia* foliis ternis undique imbricatis ovatis obtuſis. *Roy. lugdb.* 90. *Sp. pl.* 1471.

Cedrus, folio cupreſſi, major, fructu flaveſcente. *Bauh. pin.* 487.

LOC: Africa, Æthiopia, Arabia. *Arbor, peregrina.*

PHARM: OLIBANI (THURIS) Reſina, granulata, o°o.

QUAL: reſina flaveſcens, pellucida, amaricans. *Rarior.*

VIS: vulneraria.

USUS: Pleuritis epidemica, Ophthalmia, Catarrhus.

COMP.

507. JUNIPERUS *Sabina* foliis oppoſitis erectis decurrentibus, oppoſitionibus pyxidatis. *Sp. pl.* 1472.

Sabina folio cupreſſi. *Bauh. pin.* 487.

LOC: Sibiria, Tartaria, Olympus. *Arbuſcula, cicur.*

PHARM: SABINÆ Herba, *Eſſentia*, ▽, o°o.

506. *OLIBANUM ex hac arbore deſumtum eſſe alii ſtatuunt, alii negant*; & Sandaracam *non prioris ſed hujus eſſe reſinam volunt alii; lis pendet.*

QUAL: graveolens. *Trita, præſtans.*

VIS: emmenagoga! anthelminthica, exanthematica, diuretica, depilans.

USUS: Odontalgia, Tinea, Gangræna.

COMP.

508. CISSAMPELOS *Pareira* foliis peltatis cordatis emarginatis. *Sp. pl.* 1473.

Clematis baccifera glabra & villoſa, rotundo & umbilicato folio. *Plum. amer.* 78. *t.* 93.

LOC: America meridionalis. *Perennis, peregrina.*

PHARM: PAREIRÆ BRAVÆ Radix.

QUAL: dulcamara. *Rarior, eximia.*

VIS: diuretica, demulcens, purificans.

USUS: Calculus! Dyſuria! Podagra, Hydrops, Gonorrhœa, Icterus!

COMP. *Decoct.* lignorum.

SYNGENESIA.

509. RUSCUS *aculeatus* foliis ſupra floriferis nudis. *Hort. cliff.* 465. *upſ.* 300. *Sp. pl.* 1474.

Ruſcus. *Baub. pin.* 470.

LOC: Italia, Gallia. *Suffrutex, manſuetus.*

PHARM: RUSCI Radix.

QUAL: ſubdulcis, *dein* amara. *Rarior.*

VIS: corroborans, emmenagoga, diuretica, coriaria.

USUS: Hydrops! Aſcites, Icterus.

COMP. *Rad.* V. aperiens majores; *Benedicta* laxativa.

510. RUSCUS *Hypogloſſum* foliis ſubtus floriferis ſub foliolo. *Hort. cliff.* 466. *upſ.* 300. *Sp. pl.* 1474.

Laurus alexandrina, fructu pediculo inſidente. *Baub. pin.* 304.

LOC: Hungaria, Liguria. *Suffrutex, manſuetus.*

PHARM: UVULARIÆ Herba.

QUAL: ſtyptica, inſipida, inodora. *Exoleta.*

VIS: adſtringens.

USUS: Prolapſus uvulæ.

COMP.:

CLAS-

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA

MONOECIA.

511. OPHIOXYLON *ſerpentinum. Sp. pl.* 1478.
Liguſtrum foliis ad ſingula internodia ternis. *Burm. zeyl.* 141. *t.* 64.
